

turus, cum ante Athenis vidisset malos duos ad faciendos aric-  
tes aptos, scripsit architedo, ut majorem sibi mitteret. Cate-  
rium architectus comperto, quamobrem malum pereret, mi-  
noram tanquam magis idoneum, facilioremque portatu mi-  
sit. Crassura commotus, licet rationes ejus rei ab architedo  
audivisset, vestimenta nihilominus ei detrahi imperavit, vir-  
gisque multum cecidit. *Gellius lib. 2. cap. 13.*

*Improbis in genere.*

Perſus rex Macedonum, a Paulo Emilio funesto pralio  
superatus, postquam Pellam nocte ingressus erat, Evedum, &  
Eudam arario praefectos, qui ei praesto fuerunt, cum de  
superioribus peccatis intemptiva libertate admonentes, consi-  
liaque suggerentes, ambos pugione confodit. *Plutarchus in  
Paulo Emilio.*

*Stultitiae.*

Maximinus Caesar, in amplissima Alexandrinorum urbe,  
coactam in plancium omnem juventutem: subito pro mil-  
ites ex insidiis prorumpentes: miserandum in modum contruci-  
dari curavit: quia Roma audierat. Alexandrinos dicitur ali-  
quid in patrem ejus luisse: seipsum vero risu habere, quod  
B exiguus statur homo, Alexandrum maximum, & fortissimum  
ducein, incestu, posituque corporis inepet amulari conaretur.  
*Herod. lib. 4.*

*Ignavia, Timiditatis.*

Mortuo Memnone Darii Perſarum regis exercitus duce, de-  
liberatio incidit, utrum duces cum exercitu ad res maritimas  
mittendi essent: an magis expedire videretur, regem, addi-  
tis omnibus copiis, belli fortunam experiri. Tum laudenti-  
bus quibusdam, posterius Charidemus Atheniensis, virtu-  
te, & omnibus actibus imperatoris praestantissimus, consilio-  
que optimus, Darium admonuit, ut ducein, cuius prudenti-  
a explorata haberetur, contra Macedones mitteret: ad quam  
expeditionem centum nullum peditem sufficere, si eorum ter-  
tia pars essent Graeci stipendio conducti. In reique majorem si-  
dem, pollicebatur, se scillad bellum confecturum. Moverant  
regem ejusdem verba: sed amicus regis diversa sententibus,  
proditioisq; suspicionem de Charidemo iniecentibus, con-  
citus ita Charidemus, Perſis ignaviam, & timiditatem aperte  
cepit exprobrare. Rex ostensus, Charidemum zona compre-  
hensam apparitoris interſicendum tradidit. *Diodorum lib.  
17. & Sab. lib. 4. Enn. 4.*

*Temulentiae.*

CAMBYSES Perſarum rex, cum a Prexaspe satrapa audivisset,  
Perſas de eo propter temulentiam male loqui: ira percitus,  
Prexaspis P. pocillatorem in medium produci jussit, &  
arcum intendens, sagitta cor ejus transiit. Conversus inde  
ad Prexaspem, Abi, inquit, & Perſis refer, vel temulentum  
regem munere suo prode functum, filique tui cor medium  
non frustrato ictu transivisse. *Herod. l. 3.*

*Impudicitiae. Libidinis.*

S. JOANNES BAPTISTA dicebat Herodi: Non licet tibi habe-  
re uxorem fratris tui Philippi Herodiadem. Herodes id agere  
ferens, in vincula coejectum captata occasione interfecit. *Mat-  
thaei 14. Marc. 6.*

IGNATIUS Constantianopolitanus patriarcha, cum Bardam,  
quod uxorem repudiasset, a sacro templi ambitu arceret: cum  
ille ab Ecclesia deiecit, multisque injuriis affectus, & de-  
D mitum sepulchro incluserit: a quo tandem extractus, Mitylen-  
em in exilium missus est, nequeita multo post interfecit.  
*Cyprianus.*

Idem Ignatius Michaelum Balbum Imperatorem, qui uxore  
suam sine causa dimiserat, & cum nuru confueverat, a  
communione prohibuerat. Id ille agere ferens, Ignatium in  
exilium mittit. Legati Romani pontificis in Synodo Ignatium  
damnarunt, cum omnibus aeternis. Nicolaus pontifex Rom.  
scripta epistola ad Michaelum Imperatorem, & alia ad catho-  
licos in Asia, ac Libya, acta legatorum suorum rescidit, &  
Ignatii depositionem, & Phoeni consecrationem illegitimum  
esse pronuntiavit. *Tomo 2. Conciliorum.* Tandem a Basilio Ma-  
cedone restitutus est Ignatius, eo nomine, quod non iuste es-  
set depositus. *Zonaras Tom. 3.*

CONSTANTINUS Leonis, & Irenes F. Maria uxore repu-  
diata, & in monasterium oclusa, duxit Theodatem. Id faci-  
num cum approbasset Tarasius patriarcha, Plato quidam mo-  
nasterii Saccidionis magister, & *non dicitur* reprehendit, & a co-  
munionem ejus abstulit. Sed ad Imperatorem delatus, in car-

cerem coejectus est, & monachi in exilium pulsi. *Paulus Dia-  
conus lib. 23. rerum Roman. & Zonaras.*

JUDITH uxor Ludovici Pii Imp. curavit interfici Frederi-  
E cum Trajectensem Episcopum, quod conubium ejus cum  
Imperatore damnasset, *Ranulphus lib. quinto, cap. 29. in Pol-  
ybronic.*

PIPINUS, praefectus domus Austrasiae, qui Ebroino inter-  
fecto per Hermenfridum nobilem, regnum Francorum occupa-  
vit (Theodorico interim, ejusque filii regio titulo conce-  
fo) Lambertum Trajectensem Episcopum, ob reprehenſum  
adulterium cum Alpaida pellice, repudiata uxore legitima:  
trucidari curavit. *Vincentius lib. 23. cap. 26. & Sabellus lib.  
7. Enneadis 8.*

PHILIPPUS Episcopus Firmanus, legatus pontificius, ab  
Hungarorum rege Ladislao in vincula coejectus est, propterea  
quod eam ob adulteria, & Hunnas pellices post leniores  
admonitiones diris deverterat. Sed ipse quoque rex post ab  
Hungaris suis in honesta custodia affectus aliquamdiu, ad  
extremum ab Hunnis quorum consuetudinem, & mores am-  
plexus erat, interfecit. *Cromerus l. 10.*

In Anglia, cum mortuo Edilberto rege Christiano filias  
ejus Caddald regnum adeptus esset, novercam, suam in F  
uxorem duxit. Oburgatus a piis doctoribus eo ex aula, & fini-  
bus exterminavit, idolomaniam restituit, & suos passim  
fana deorum restauravit, & colere passus est. Hac moti crude-  
litate Justus, & Mellitus Episcopi, in Gallias redierunt, ibi-  
que per annum spatium latitavit, donec rege misente, &  
divinitus per Laurentium ad viam revocato, eo redierunt. *Be-  
da in historia Ecclesiastica l. 3. cap. 5. & Polydorus l. quarto  
Anglica historiae.*

*Avaritiae.*

MAURITIUS Imperator, cum ob avaritiam a Gregorio  
Magno pontifice Romano objuraretur, gravissimas contra  
eum exercit inimicitias. Verum prodigium de futuro interitu  
territus, a Pontificis inselatione delituit. *Blondus Dec. 1. l. 9.  
& Abbas Urspergens.*

THEOPHILUS Alexandrinus Episcopus, Ammonii, Diosco-  
ri, Eusebii, & Euthimii quatuor Longorum fratrum, ob  
C quem crudeliter reprehenſionem ferre non potuit. Ideoque  
cum prius summus eorum amicus esset, Anthropomorphitas  
contra eos inſtruxit, quod Origenista essent. *Nicephorus l. 13.  
cap. 10. Sozom. l. 6. cap. 30.*

*Ambitionis.*

Cum Alexander Magnus Perſico more vellet adorari, Cal-  
listhenes ei familiarissimus palam dicebat, non adorand-  
um esse. Alexander eum veluti conjurationis conscium  
criminator, truncatis membris, abscissisque auribus, labi-  
is, ac naso deformatum, post varia tormentorum genera  
de medio sustulit. Sic Callisthenis mors, Alexandri crimen  
erit aeternum, quod nulla virtus, nulla belli felicitas unquam  
redimet, nam quoties dicitur: Occidit Alexander Macedo  
Perſarum multa millia, occidit Darium: subdeur statim: Et  
Callisthenem, *Seneca lib. 6. Naturalium quaest. & Plut. in  
ejus vita.*

*Crudelitatis.*

CAMBYSES Perſarum Rex, cum propter crudelitatem a Creso  
rege captivo reprehenderetur, quodque patris vestigiis non H  
inſisteret, coargueretur: arcu correpto cum confixisset, nisi  
fuga sibi consulisset. Ministri, quibus interficendi Cresi pro-  
testas erat data, hominem abscondunt. Eundem rursus, cum  
Cambysem facti penituisse, & producent. Cambyes letus  
quod Cresus adhuc superesset, ministros tamen propter ino-  
bedientiam morte affectu. *Herod. l. 3.*

PHILIPPUS Antipatri E. Macedonum Rex, Aratum Sicyo-  
nium (quem Antigonus propter merita, & rerum gestarum  
gloriam summis aſſecerat honoribus) eo quod liberitatem  
audiam, & crudelitatem suam reprehenderet, & coaceret, nihil  
tale timentem veneno dabo necavit. Ejus cadaver Aegio, ubi  
supremum diem clauferat, Sicyonem relatum, magnifice se-  
pultum est. *Pausanias in Corinth.*

JULIUS Crispus, tribunus praetorianorum militum, videns  
Severum Imp. ob vilissimas causas bellum inferre multis, ac-  
que ferrum fringere leviter in innocentissimos, cecinit car-  
men Maronis. *Enn. 11.*

*Scilicet*

*Scilicet ut Turno contingat regia conjux.*

A Nos anime viles, inbumata, inſtaeque turba  
Sternamur campis.

Severus hominem occidi jussit. *Xiphilinus in Severo.*

A Latinorum familiarium usu non abhorrete vifus Tamber-  
lanes Tartarorum principes, quendam, patria Genuensem, in  
comitatu suo agere facile patiebatur. Hinc perblandè aufum  
rogitare: Ecur victoria (quod minus caelestium foret) multi-  
plicata de hominibus parta, ipse etiam homo, humanius non  
uteretur? porvo vultu intuens: Equid te fallit, inquit, in  
haec dextra (dextram intendebat) diras, pestemque terrarum  
versari? Sed procul abi in malam tuam, tuorumque rem, ne tum  
hac infana percunctatione tua, quas ea merita est poenas, tu  
mili luas. Pro immortalis beneficio fuit Genuensis, licere sibi  
incolumi è furentis potestate facere. *Amil. l. 10.  
Scavrilianis.*

Cum Alexander Magnus, Caſſori, & Polluci sacrificasset,  
dum strenuè certatur populus, cantata carmina sunt Pranychi  
cujusdam, aut, ut alii volunt, Pteromis, in duces, qui pri-  
dem victi a barbaris fuerunt, ad probum, & risum scripta.  
Stomachantibus majoribus natu, inſecantibusque poetam,  
& cantorem, Alexandro ex altera, & aſſecis ejus libenter  
B audientibus, atque ut recitaret exhortantibus: Clitus intus  
Alexandri jam vino gravis, naturaque asper, & praefractus  
fremuit, negans convenire, praesertim ut inter barbaros, &  
hostes, Macedones multo, quam qui riderent eos, etiamsi  
in festa essent fortuna usi, praesertantibus, ludibrio haberentur.  
Multis ultra citroque aereè dictis, haud ultra pariter  
Alexander ex malis appofitus uno concepto percussit Clitum,  
& gladium quaſivit: quem cum unus satellitum Aristophanes  
subtrahere maturasset, alique cum complecterentur, &  
obſecrarent: tum ablatam eisdem satelliti Alexander hasta,  
obvium Clitum, removensque velum janæ, transiit: quo  
cum genuit, & fremitu cadente, mox ira animo ejus decel-  
sit. *Plut. in Alexandro.*

*Idolatriae, Impietatis.*

JADON propheta, Hieroboam Israelitarum rege praesente,  
adversus sacerdotum idolorum ab ipso constitutos invecit  
C red. Rex ira percitus, protenta manu prophetam com-  
prehendi jubebat: & manus quam protenderat, aruit: ita ut  
quem ulcisci voluerat, continuo eundem pro restauranda  
manu duplex rogaret. *Marul. lib. 4. cap. 4.*

Cum Daniel, probasset Belum, & draconem non esse  
deos, Babyloniam curaverunt Daniele mitti in lacum leo-  
num. *Daniel. 14.*

AMASTAS Judaeorum rex, Joas F. agere ferebat, se a prophe-  
ta reprehendi propter idolatriam, dicens: Num tu regi  
confiliaris appofitus es? desine, ne occidaris. *2. Parr. 25.*  
Multos Adversarios D. Paulus habuit, dum Judaeorum su-  
perſitionem, Gentilium idolatriam reprehendit, dum  
Christum docet. *Act. 19.* Sic ad Galatas: Ego inimicus fa-  
ctus sum vobis, verum dicens. *Galat. 4.*

ZACHARIAS, Jojade sacerdotis filius, vcritatis, id est, Dei  
spiritu imbutus, non dubitavit Joam regem Juda palam ar-  
gere, quod patri ritu relicto, ad idolorum cultum con-  
versus fuisset. At illi prophetantem in atrio Domus Domini  
lapidibus obruerunt. Deo vero innocens necem ulciscen-  
D te, ingentes illorum copiae a paucis Syris prostratae sunt,  
Joas a iervis interfectus. Quiaurem pro veritate mori non  
timuit, vita aeterna praemia recepit. *2. Paralip. 24.*

*Sacrilegii.*

MENE LAUS, Onia pontificis fratris reprehenſionis,  
cum sacra vasa depeccaretur, agere ferens, cum ab Andro-  
nico procuratore Antiochi Epiphanis, donis a se corrupto,  
interficendum curavit. *2. Machab. 4.*

Rex Angliae Guillelmus Rufus, omnia putans sibi licere,  
bona quoque Ecclesiastica invadit. Eise opposuit Anselmus  
Cantuaniensis archiepiscopus. Verum rex pecunia eum mul-  
tavit, ea tamen remissa, inſtabat ne sibi impedimento esset.  
At cum rex nihil de suis rapinis remitteret, Anselmum redar-  
gantem in exilium pepulit. Sed paulo post in venatione fa-  
ctus transiit rege, dum eques Francus in cervum eam diri-  
git, revocatus est Anselmus ab Henrico primo. *Polyd. l. 10.  
angelicae hist.*

*Tyrannidis.*

Dios Platonis studiosus, cum is in Siciliam venisset, effecit,  
ut cum Dionysio majore tyranno colloqueretur. In colloquio  
cum in summa de vii virtute, praesertim autem de fortitudine  
L. B. Tost. vñ. Human. Tom. VI.

disputaretur: quia quidvis civitatis Plato, quam tyrannos for-  
tes asseruit: hinc ad justitiam transiens, docuit beatam ju-  
storum esse, inſtorum inferam vitam: non tunc sermo-  
nem ejus tyrannus, verum quasi coargueretur, inſentis quo-  
que fuit assidentibus, qui Platonem commendabant mirifi-  
ce, atque ejus oratione ducebantur. Postremo inflammatus,  
exacerbatufque rogavit eum, quid in Siciliam venisset? Qui  
cum respondisset, Virum bonum se quaerere: excipiens ille,  
At qui hercle, inquit, nondum videris eum in venisse. Ac Dio,  
qui non exſtimabat porro iram Dionysii progressuram, pro-  
perantem Platonem in tiriemi, qua Pollis Spartiatis redibat  
in Graeciam dimisit. Verum rogavit Dionysius Pollim fe-  
cretò maxime, ut in cursu occideret eum: sin minus, omnino  
venundaret: nullam injuriam accepturum, sed equè beatum  
fore vel in servitute, ut qui esset justus. Itaque dicitur Plato-  
nem Pollis Aeginam deportasse, ac distraxisse, cum bellum  
haberet ea civitas tunc cum populo Atheniense, & plebeſitu-  
m. Si quis captus civis Atheniensis foret, ut venderetur  
Aeginæ, *Plut. in Dione.*

Carnia Secundus, praetlarus orator, a Caligula exilio mul-  
tatus est, quod conera tyrannidem exercitii gratia declamaf-  
set. Xiphilinus Aviam Antoniam, a qua oburgatus erat, ad  
necem voluntariam compulſit. *Zonaras.*

JOANNES Venetorum dux, cum Mauritio F. tyrannicè im-  
perabat. Joannes Gradensis antistes flagitia ducum & pri-  
vatim, & publice castigabat. Mauritius cum apparitorum, &  
clientum manu Gradum profectus, acceptulque hospitaliter,  
homo impius pium antistitem, hominem perneceſſarium, hos-  
pitemque suum, ex altari turti praecipit. Fertur miraculo  
factum, ut non imbres, non intemperies ulla diluere po-  
tuerit cruorem, qui subjectis est marmoribus infusus. Por-  
tunatus Joannis nepos patruo licet substitutus, non prius ta-  
men quievit, quam Pipinum Caroli Magni F. ad bellum Ven-  
netis inferendum concitavit. *Sab. l. 9. En. 8.*

*Cædis.*

ACHAB, res, cum ab Heliã argueretur propter inju-  
stum mortem Nabothi, gravissimè id fertur tulisse. *3.  
Reg. 21.*

CAMBYSES rex, sororis, quæ uxor etiam fuit, verbis parrici-  
dium exprobrantis inflammatus, in eam calcibus insiliens,  
abortire fecit. *Herod. l. 3. & Justinus.*

PHOTIUS patriarcha Basilio Macedoni Imp. ob eadem  
Michaelis, sacris interdixit. Sed ille dissimulans odium, col-  
legit synodum, qua sub pretextu, quod Ignatio a Barda in-  
jute pulso successisset, dejectus est, & Ignatius restitutus.  
*Zon. Tom. 3.*

Huc referri nonnulla poterunt ex loco de veritate. Tit.  
veritatis: Praedicta exercitatio, alios reprehendendo, casti-  
gando, &c.

\* Reprobatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

REprobatio quasi non probatio, significat reſectionem,  
Et a Theologis sumitur dupliciter. Primo pro reſectione  
a gratia: Secundo pro reſectione a gloria. Quæ posterior ac-  
ceptio est usitata.

Definitur a Magistro in v. d. io. esse praesentia iniquitatis  
quorundam, & praeparatio damnationis eorum.

A Durandobidem, quod fit praesentio iniquitatis alicujus  
ad vitam aeternam, & propositum excludendi ab ea. H  
Paulo aliter *Molina l. p. quaest. 23. art. 2.* Reprobatio est  
judicium æternum, quo creatura rationalis Deo judicatur in-  
digna vita aeterna, & digna poena aeterna, cum proposito cum  
perpetuo excludendi a regno caeleſti, aut simul etiam punien-  
di cruciatibus aeternis, prout fuerint ipsius peccata.

Ac D. Thomas l. p. q. 23. art. 3. videtur eam fuisse, quatenus  
includit utramque reſectionem, tam a gratia, quam a  
gloria. Sic enim habet Reprobatio includit voluntatem permi-  
tendi aliquid cadere in culpam, & inferendi damnatio-  
nis poenam pro culpa.

Ex hac distinctione facile solvitur illa Quaestio, an Repro-  
batio directè opponatur praedestinationi? Si enim sumatur  
pro reſectione a gratia, opponitur praedestinationi, quæ est  
gratia praeparatio. Si pro reſectione a gloria, opponitur ele-  
ctioni ad gloriam, seu approbationi. Et altero horum mo-  
dorum intelligendi sunt, qui asserunt ea oppositi.

EFFECTUS.

Effectus Reprobationis sunt quatuor. Primus est permif-  
ſio peccati. Secundus, obduratio in peccato. Tertius, exclusio  
F III 3 a re-

à regno cœlesti. Quartus, insiditio peccati sensus. Duo priores pertinent ad reprobationem, quatenus reprobatio sumitur pro rejectione à gratia: duo posteriores ad reprobationem proprie dictam, ut significat rejectionem à gloria.

In parvulis autem tres reperiuntur. Primus est, permissio contrahendi peccatum originale. Secundus, permissio moriendi in peccato originali. Tertius, exclusio à gloria. Prima illa permissio fit à Deo, quatenus negat primam gratiam justificantiem, quæ præveniat, & impediatur, ne peccatum originale contrahatur; ut multi in B. Maria Virgine factum pie credunt: quamvis Scripturis, & Patribus conformior videatur plerique contraria sententia. Altera permissio fit, quatenus negat baptismum, aut remedium contra peccatum originale.

An autem præter has duas permissiones, & exclusionem à gloria, debeat addi quartus effectus, nempe insiditio peccati, disputari solet. Sunt, qui putant, parvulos dolere de amissa beatitudine, & hanc esse illorum poenam. Alii addunt, etiam torqueri flammis infernalibus. Restus sentiunt, qui verum quod negant.

C A U S A E.

De finali & meritoria est potissimum questio. Diximus initio, duplicem esse reprobationem, unam, qua quis reicitur à gratia à altera, qua excluditur à gloria. Utriusque duo sunt effectus: Illius quidem, permissio peccati, & obduracy hujus verò, exclusio à gloria, & insiditio peccati sensus. Si singularum effectuum singulas causas assignemus, res expedita est.

Primus effectus est permissio peccati. Potest ergo primò queri, an ex parte hominis reprobi sit ullum peccatum, aut demeritum, propter quod Deus permittat illi labi in peccatum? Secundo, quo sine Deus permittat peccatum fieri, quod ipse possit impedire, si vellet?

Prior questio facilis est, nam prima permissio peccati, aliquando nullam habet causam in eo, qui labitur, aliquando habet. In eo habet, qui originali obstrictus est. In duplici hominum genere non habet. Primò in iis, qui originale non contraxerunt, cuiusmodi fuerunt primi nostri parentes in statu innocentie. Hi enim permissi sunt labi sine pravâ illorum culpa, aut merito.

Secundo in iis, qui quidem nati sunt in peccato originali, sed ab eo per baptismum justificati. In his etiam nihil est, quare permittantur labi in primum peccatum actuale. Sola Dei voluntas sufficit. An autem hac permissio referri possit in peccatum primi parentis, tametsi dubium sit, probabiliter tamen affirmari potest. Quamvis enim hoc peccatum in ipso delectum fuerit per poenitentiam, mansit tamen aliqua obligatio in posteris non solum contrahendi peccatum originale, sed etiam carenti gratia congrua, cuius negatione fit, ut aliquis labatur in peccatum actuale.

Posterior questio, quo sine Deus permittat peccatum, præsertim cum ex nostra parte nulla est causa, difficilior est. Plerique assignant quatuor fines: Unum, ut homo libertate præditus liberetur agere conformiter suæ naturæ: neque vi, & necessitate, sed voluntate in suum finem dirigatur. Alterum, ut occasione peccati fieret Christi Incarnatio. Tertium, ut merita, certamina, & victoriæ iustorum existerent. Quartum ut splendor divinæ iustitiæ magis eluceret.

Verius quidem videtur, Deum primaria & antecedente voluntate hunc sibi finem proposuisse, ut potentiam, & bonitatem suam potissimum illustraret. Hoc autem poterat facere, si homo peccaret, si in statu innocentie persisteret. At quia videbat ex una parte hominem voluntate lapsurum, nisi impediretur, & ex altera parte, se posse ex lapsum hominis, tam eximia bona elicere, ut non minus, immò etiam magis illustrari possit eius bonitas, & potentia, voluit ob hunc finem peccatum permittere. Sanè eximia bona sunt, verbi divini incarnatio, Sacramentum Eucharistiæ, martyrium, abstinentia, virginitas; quæ omnia ex peccati occasione secuta sunt. In his maxima splendet Dei bonitas, potentia, misericordia, clementia. Quæ enim maior potentia, quàm efficere, ut homo sit Deus, & creatura creator? Quæ maior bonitas, quàm ipsum bonitatis inexhauste fontem Filium Dei, naturæ humanæ communicatum esse? Quæ maior misericordia, quàm sese inimicis offerre in pretium, & redemptionem? Quæ maior clementia, quàm patienter sustinere servos in rebelles, invitare ad amicitiam, offerre gratiam, polliceri remissionem, si ipsi velint?

Obduratio, qui est secundus effectus Reprobationis semper habet causam meritoriam in eo, qui obduratur, nempe

peccata præcedentia. Qui enim peccando deseruit Deum, meretur sanè, ut vicissim à Deo deseratur, ut habet D. Augustinus in lib. de bono perseverantia cap. 6. & alibi.

Et colligitur ex Scripturis, Rom. 1. Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & servierunt creaturæ potius, quam Creatori. Propterea tradidit illos Deus in passionibus ignominia.

Et insidit. Sicut non probaverunt Deum habere in notitia; tradidit illos Deum in reprobum sensum.

Et 2. Thess. 2. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris.

Jam, si finis operationis queratur, hic duplex est, Unus, ut Dei potentia, & iustitia in punitione peccatoris obdurati ostendatur: Alter, ut ipsius gratia, & liberalitas magis appareat in iustorum gloria, sanctificatione.

Utrumque finem expressit Apostolus Rom. 9. Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet divitiis gloriæ suæ in vasa misericordiæ.

Reliqui duo effectus sunt, exclusio à regno, & insiditio peccati sensus. Utriusque meritoria causa est peccatum.

Hoc docent Scripturæ Matth. 25. Ite maledicti in ignem Fœternum: Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare.

Ad Rom. 2. Ira, & indignatio in omnem animam hominis operantis malum.

Mem docet S. Augustinus 3. cont. Julianum, c. 8. cum ait: Bonus est Deus, justus est Deus: potest five bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est. Solum igitur queri potest, An Deus excludat aliquos à regno propter solum peccatum originale. Affentior is, qui negant.

Tametsi enim sufficiens causa esse possit peccatum originis, ob quod quisque merito excludi deat à beatitudine, & conlat tamen ex scripturis Deum tam clementer velle nobiscum agere, ut neminem ad ultimum velit deferre, qui jvari cupiat. Hoc finem misit filium suum, qui pro omnibus mortuus est; qui omnes ad poenitentiam invitavit, qui omnibus gratiam suam, & amicitiam obtulit; qui, teste Apostolo, neminem vult perire, sed omnes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Haecenus de causa meritoria horum effectuum. Finis utriusque est, ut servetur iustitia in vindicandis peccatis. Psal. 144. G. Julius Dominus in omnibus vis suis.

Mat. 5. Non exhibis inde, donec reddas novissimam quadratè. Jac. 2. Judicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam.

Apostol. 18. Quantum tunc gloria vitæ, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

Quod ad parvulos atinet, permissio contrahendi peccatum originale, in ipsis causam meritoriam non habet, sed in primo parente. At permissio moriendi in tali peccato, & exclusio à regno, non aliam habent causam, quàm ipsam peccati, quod in ipsis contractum est. Propter hoc enim digni censentur, qui sine remedio decedant ex hac vita, & à regno excludantur.

\* Repudium.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Repudium est renuntiatio, aut recusatio alicujus, ob rem aliquam pudendam. Et proprie dicitur, quòd maritus à se dimittit uxorem, & à se recitit. Quamvis etiam usurpetur, quando uxor ob causam dimittit maritum, eumque repellit. Cæterum de repudio, ejusque causa, ritus, forma, institutio, alijque huc faciunt. Vide, quæ latè diximus loco de Divorcio. H

\* Repulsa.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Repulsa est rejectio ab honore aliquo, & magistratu. Græcè ἀποδιουαγια. De qua multa dicta sunt in loco de Cruelitate. Tit. Crudeles reserpsi in urbe, per quam quis lesas est. Ubi inter alia. Ob repulsam, dejectionem à magistratu, &c.

HIEROGLYPHICUM.

Egyptii veteres illum, qui repulsam passus erat, significabant per Cervam, quæ mater esset abique cornibus: Hæc enim comparere in publico non audeo propter cornuum decorem, quo desituitur. Unde inter virgula, & frutes eam pingebant. Pier. lib. 7.

Ob repulsam passam mortui. Vide Locum de morte, occasione, homicidio. Interfecti à seipso, marore, indignatione ob repulsam Imperii. Item Mortis instrumenta. Puta, mortui marore, indignatione, ob repulsam à Magistratu.

\* Rescripta

\* Rescripta.

QUID SINT.

Rescripta dicuntur apud Jurisconsultos epistolæ, quas Imperatores, aut summi Pontifices olim scribebant se consulebantibus. Cujusmodi sunt ex, quas decretales vocant, Diplomas, lib. 1. ff. de Appell. Et ita ut supra Plinius lib. 10. c. 41. vocat eam Epistolam formatam, sive formalem Suetonius in Domit. cap. 13. quia de consilii sententia, & solemnibus Juridicorum verborum formula componebatur.

Rescripta autem Principum divina appellat Symmachus, lib. 4. cap. 8. Idem Divalia constituta l. 7. c. 95.

Eorum autem tanta vis erat, ut multati legantur Judices, qui rescripta contempserunt, aut distulissent. C. Theod. de diu. refer.

Differt Rescripta, & Rescriptiones. Hæc enim erant; quibus Principes negotia ad præfides Provinciarum remittebant. lib. generaliter ff. de off. præf.

\* Responso.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Responso, & Responso juxta Grammaticæ vocis etymologiam pro illud usurpantur. Responso nihilominus plurali numero vocatur Principum mandata, & Præfectorum. Procop. l. 1. Vand. Armenius appellat. Quidam, inquit, qui equo celeriter vesti regia ferunt responso Symmachus l. 5. vectore judicialium litterarum vocat. Responso autem præsupponit interrogationem apud Hebræos tamen respondere nonnunquam usurpat, ut id est quod ferunt. inchoare. Quomodo Christus sepe inducit respondisse, etià tunc tacitas homini cogitationes collera. Volut quid à respondisse dici iteri posseti nêpe quod aliter præficeret. litterarum. n. responso dicti alterius.

APOPHTHEGMATA.

DIODENES, percontanti: Quidnam vellet, ut colaphum acciperet? Galca, inquit. Responso ab inexpectato dati. Ille enim quærebatur quid mercedis peteret pro incolapho. Laert. l. 6. cap. 2.

XENOCRATES de oblectis quibusdam rebus à quodam percontatus, tacuit; verum cum urgeret responsum. De talibus, inquit, rebus te hominem vanum interrogare decet, me autem respondere nequaquam. Max. serm. 21.

STRATONIS, interrogatus, quòd navigiorum genus esset tutissimum, longiorum, aut còrtaræ respondit. Ea que subdacta sunt. Significans tunc demum navigantes in tuto esse, cum navis in focum protracta fuerit. Iul. in Apoph.

DEMONAX, interrogatus, quidnam sentiret de conflictu duorum, quorum alter inceptè proponebat, alter absurdè respondebat? respondit, sibi videri, alterum mulgere hircum, alterum supponere cribrum. Iul. in Apoph.

Quidam cum Archidamum impetivissimè rogasset, quot essent Spartanorum? Tot, inquit, sunt, o hospes, qui malos sufficiant arceri, ut tui sint ab omni hostium periculo. Plur. in Apoph. & Brus. l. 3. c. 16.

Scicitatus ab importuno quodam, & loquace viro, Quis esset Spartanorum omnium optimus? Qui tibi (respondit) minimè similis est. Plur. in Apoph. Lac.

PONTIDIUS interrogatus, quod sentiret de eo qui fuerat in adulterio deprehensus? Tardus, inquit, mihi fuisse videtur, Ludens ab inexpectato, significansque, quod non fuisset in tempore. Eras. 6. apoph.

MANIA Rex cum Lamiam meretricè parù sobriam amaret; de eajam senex in convivio tibiis cecimifit: Demo, quæ & Mania dicta est, interrogata à Demetrio. Quid videtur Lamia? An nus inquit. Aliud respondit atque expectabat res. Nihil se sciebat, quàm scite videtur canere. Eras. l. 6. apoph. ex Plur.

APPTUS, cum in senatu ageretur de agris publicis, ac premeretur Lucilius ab his, qui peccore ejus depasici publicos agros dicerent. Non est, inquit, Lucilii pecus illud, erratis. Hætenus defendere videbatur, sed adjecit: Ego liberu puto, qua lubet paciscor. Jocus est ab inexpectato. Expectabatur enim, ut probaret hoc pecus non esse Lucilii, sed æternus cuiuspiam, ac reum subleveret nunciis, gravabat. Eras. lib. apoph.

M. SCIPIO Maluginensis cum sua civitate renunciarer Accidinum consulè, & præco dixisset, die de L. Manilio: Ego, inquit Scipio, virum boni, egregiumque civem esse arbitror. Præco expectabat suffragium pro Manilio: Scipio respondit, quasi de moribus interrogatus. Nescio an hic Accidinus, nomen dictum sit. L. Manilius, cum Scipio postremum nomen tantum expressisset, præco admonuit & illa addenda. Hinc Scipio jocandi occasione atripuit. Eras. Rot. l. 6. apoph.

L. B. Theat. vit. Hum. Tom. VI.

FAB. MAXIMUS Salinator, cū Tarento amisso arcem tamen retinisset, multaque ex ea præclara fecisset: cum aliquot post annos Maximus id oppidum cepisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse quid salini, inquit meminerm? Nunquam ego recepisse, nisi tu perdidisses. C. l. 2. de Oratore 19. Plur.

C. JULIUS Helio, Mancipio sapius obfrepenti sibi dixit: Etiam ostendam qualis fis, & instanti, ut ostenderet qualis esset? Julio digito demonstrabat Gallii in Mariano fucio Cumbriico depictum, labiis distortum, ejctâ lingua, buccis fluctantibus, cui mancipium tum simile est visum. Taberna autem erat apud forum, ac scutum illud signi gratia positum: Ingens omnium risus consecutus est. Expectant enim, ut aliquid in mores illius obiceret. Eras. lib. 6. apoph.

DOMITIUS Afer in quendam patronum imperiū, sed splendido vestitu se venditantem, litigatoribus lepide dixit: Homo in agendis causis benè vestitus. Lufit ab inexpectato. Nam auditor pro vestitus expectabat instructus, aut exercitus. Ibid.

Cum Silius testis Insister Pifonem eum, cui Crassus aderat prolo toto mitem, quod se in eum dictū audisset dicebat: Potest fieri, inquit Crassus, ut is unde te audire dicit, iratus dixerit. Annuit Silius: Potest etiam, inquit, fieri, ut non redè intellexeris. Cum id quogoro capite annuisset Silius ut se Crasso daret, subiecit Crassus. Potest etiam fieri, ut omnino quod audisse dicis, nunquam audieris. Hoc adeo præter expectationem ut Silium resem omnium risus obrueret. Eras. Rot. l. 6. apoph.

Cum terti Sexis Annalis reum legisset: & iniretè identidem accusator rei, Dac, Marce Tulli, si quid pones de Sexto Annali: protinus recitare cepit versus ex sexto Ennii annalium lib.

Qui potes ingenis causas evolvere belli, &c.

Scripti enim Ennius annales: & acculator vocabatur Sextus Annalis. Eras. Rot. lib. 4. apoph.

CESELLUS, Consulato dicenti Navim dividere volo: Perdes, inquit. Ille de pretio navis, mercibusque consulabat, hic aliud respondit. Nam ipsam dividere navim, est navim perdere. Macrobius ita refert. Si dividis, nec tu, nec focus habebitis. Erat autem duorum negotiorum communis navis. Eras.

NERO cum in Gymnicis decertasset, rogatus à Tigillino Apollonio. Quid de Nerone sentiret? Melius, inquit, sentio, quam vos, Cantare enim vos illum dignum putas, ego autem tacere. Brus. l. 3. c. 13.

PHILIPPUS Macedo cum quibusdam scripisset, Essentne ipsum in urbem accepturi? Non, magnis litteris in charta scriptum remisere. Plur. de Garrulitate.

Scribente Philippo, quando in Laconum finibus signa habebat. Utrum vellent, pacatus, an hostis venire? Respondere: Neutrum, Plur. in apophibeg. Laconicis.

PLUTARCHUS in commentario septi ad alexand. admonet, ut qui velit accuratè respondere, mentè rogantis diligenter perscrutetur, ne illud fiat, quod proverbio dici consuevit, Quas dicitur. Eit autem senarius proverbialis apud Sudam, & Zenodotum.

Id est,

Falces petebam, at hi ligones denegant. Erasimus in Adagis.

P. SCIPIO Africanus Cajo, & Fulvia in convivio rogantibus eū, quid ei de morte Tiberii Gracchi à Nafia casti videretur: Non placere sibi respondit illius acta. Inde concionanti populus obfrepuit, quod antea fecerat nunquam: & ille eò est proventus, in populum ut invcheretur. Plur. in Tiberio.

S. AUGUSTINUS percontanti, quid Deus ante mundi creationem fecisset; Respondeo, inquit, non quod respondisset per jocum fertur quidam cludens questionis violentiam; Alia, dicens, scrutantibus Gehennam parabat. Aliud est videre, aliud ridere. Hæc non respondeo. Libertus respondeo, Nescio, quod nescio; quam illud unde irideretur, qui alta rogavit, & laudatur, qui lapsa respondit. Coll. ex l. 11. Confess. 12.

Nec alium se exhibuit S. Antipas, quem dum Præfectus duris increparet, quòd antiqua deorum religione neglecta, infamam quãdam hominis in cruce acti doctrinam neglegere, cit non ignoraret vetera recedentibus præstantiora, respondit enim: Si vestulissima quavis observanda, cur non Can fraticidii inventorem imitami? aut eos, qui cælum conscendere conati? vel qui cum propriis loribus se committere non sunt veriti? Quo dicto objectionem quidem diluit, at animi ferocitatem non minuit. Sim. Metaphrasi, in Vita. L. Spello Tom. 2.

NICORAUUM Episcopum Capuanum ob raras dotes Paulus Pontifex ad Francia, Angliæ, & Hispaniæ Reges Orationem miserat, cumque reverentium Cardinalis Salsivati percontaretur.

Ffff 4

contaretur, quidnam maxima admiratione dignum vidisset? A paucis, & mature, Vidi in Gallia, inquit, pulchrum, & florens regnum: ac bene institutum legibus, & disciplina: in Anglia autem, Regem pulchrum corpore, ac moribus deformem: sed in Hispania, Regem prudentem, & consilio magnum. Peucevius, & Strigelius in Chronicis. Beslink, in Apophteg. Christianis.

Hac referri possunt omnia Apothegmata cuiusvis argumenti.

Republica.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Republica, Græc. πολιτεία, & πολιτικὴν δημοκρατίαν tempore dicitur. Est autem republica paucorum potestas, in qua census magistratus declaratur. secund. Aristot. lib. 1. Rhetor.

Republica est institutio civitatis, circa magistratus, honoresque publicos, quemadmodum debeant impertiri, & in quos potestas, auctoritasque summa debeant consistere, & qui sit finis eiusque societatis. secund. Aristot. lib. 1. Rhetor.

Republica est res populi. secund. Augustin. 1. de Civ. Dei. B Republica est quoddam corpus compaginatum ex membris, quod divini muneris beneficio animatur, & summa equitatis agitatur, & regitur quodam lumine orationis. secund. Plat. inst. Triarii.

Petrus Greg. Tolos. ita describit lib. 1. c. 1. de Repub. 6. Republica est rerum, & vite quoddam communis unius societatis, quæ efficit quoddammodo unum quoddam corpus civile, ex pluribus diversis membris compositum, sub una potestate supremâ, veluti sub uno capite, & uno spiritu, ad bene, atque commodius vivendum in hac mortali vita, utque facilius ad æternam perveniantur.

Rerum appellatio hic latissime patet, ad res, personas, & actiones pertinet, Communis est id, quod & publicum quod populo commune est, & civibus: civis vero à cocundo, quod in unum coierunt, & societatem insisterunt commodè, & bene vivendi gratia, unde illa conjunctio unanimitas dicitur unum civile corpus.

Dicit Pomponius Lærum mixtura, 30. de usucapio lib. 41. 20. tit. 3. facit l. proponatur de judic. P. tertium genus corporum quod ex diftantibus consistat: qualia corpora plura non soluta, sed uni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex.

Cujus juris consult. 1. 1. §. 1. quod cuiusque universitatis nomine, vel contra se agat. l. 3. Petri. 4. Quibus permissum est corpus habere Collegii, Societatis, sive alterius eorum nomine: proprium esse aut ad exemplum respub. habere res communes arcem communem, & actorem, seu syndicum, per quem, tanquam in republ. quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, & fiat.

Republica, inquit, Cicero 2. de legib. nomen universæ civitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia potestatem ponere, & quasi consecrare debemus.

Generaliter Republica dicitur, & accipitur pro statu populi, & negotiorum eius. Eoque modo Aristot. lib. 3. politic. c. 4. Republica, inquit, est ordinatio civitatis, & circa magistratus alios, & maxime circa id, quod summam in civitate habeat auctoritatem, est sit principalissimum. Principalissimum autem est id, quod ubique gubernat, & regit civitatem: eum in populo D latè quidem, populus, in potentia verò paucorum, pauci.

Republica dicitur nomen est compositum, cujus diviso planissime suam demonstrat qualitatem, perinde ac si dicas, publicam rem, vel rem ad populum pertinentem. Hæcque populus latiorè habet significationem, quam collegii, quam oppidi, quam civitatis: quorum tamen multitudo, & populus dicitur, sed determinatione adhibita demonstrationis particularis. Ut dicimus populum civitatis Antuerpiam, populi loci aliter. Et dixerunt etiam canones, populi pro plebe, seu pro numero parochiarum certæ parochiæ, si ad decem usque homines congregati essent. c. novo 10. q. 3. c. 1. §. ubi gl. de electio.

MATERIA.

Constat Republica materia, & forma, quæ paucis per speciem prothecoris, seu prævia speculationis, ante oculos proponere debemus. Pro materia sunt res istæ publicæ, circa quas versatur forma illa administrationis & publicæ, seu republicæ Res istæ publicæ, in summa, vel corporales, vel incorporales; diviæ, vel humane sunt. Inter corporales publicæ, & ad rem publ. pertinentes, sunt civitates, oppida, regna, imperia. Et in illis res sacra, theatra, viæ publicæ, maria, flumina, castra, &

similia, Plura quæ utilitati communis, seu publicæ populi destinata sunt, ut vestigia, & reditus publici.

Inter incorporalia publicæ, & communia, religio, iura, mores, leges, & similia.

Inter res, & persone publicæ sunt: vel cum auctoritate proprie potestatis, ut principes, etiam sacrosancti Reges, monarchæ, Imperatores, Summi Pontifices, Sacerdotes, & similes. Vel cum auctoritate executionis potestatis quales sunt, gentes vices habentium potestatem personarum, quales sunt magistratus Ecclesiastici, & seculares, iudices, legati, vicarii, viceregum agentes, toparchæ, scribæ, & notarii publici, & similes. Ad res quoque pertinent actiones, quæ publicæ tantum sunt, consilia publicæ, comitia, bella, pax, induciæ, iudicia publicæ, & ipsa potestas, & auctoritas iudicandi, aliaque munera seu officia publicæ, vel realia, vel personalia, vel mixta, prout ad causam publicam respiciunt, & reipub. utilitatem.

ADMINISTRATIO.

Materia reipublicæ informat administrationis qualitas recta, & proba, & bonis legibus, & consuetudinibus temperata, quæ formam dat. Alioquin enim societas per se hominum, si hæc absint, potius dicenda est conjuratio latronum, & confusio, quam republica. Et quo magis erat aliena à bonis legibus, & institutis, eo magis erit perniciosa, & scelerata, indigna quæ societatis humane nomen habeat. Hominis corrupta natura, & prona ab adolescentia sua ad malum, nisi arte regatur, non potest diu in congregatione persistere: & si omnes sine ulla certa, bonaque forma vivendi degant, si æquali potestate confusæ aut per vim agere, quod sibi rectum, & faciendum videtur, voluerit exequi, & sine consilio tueri.

Quare in bene instituenda republica illud fundamentale erit, ut sint, qui imperent, jubeant, & dominantur, & qui obtemperent: cum fieri non possit, in multitudine non esse, qui egeant regimine, & qui alios regere non possint. Et proinde sunt in societate, qui regunt tantum, & non reguntur ab aliis: qui reguntur tantum, & non regunt, vel quia potestatem non habent, vel quia nesciunt. Sunt alii, qui regunt, & reguntur: nempe primi sunt principes, monarchæ, quia nullo alio quam à Deo habent potestatem in sibi subditos, & alia libere regunt. Illi verò reguntur, sicut subditi, quibus obediendi, vel lege, vel consuetudine, vel vi imposita est necessitas. Qui regunt, & reguntur, sunt, Magistratus, Duces, marchiones, iudices, qui accipiunt leges secundum quas, ut ipsi vivunt à superioribus, à quibus instituti sunt: & regunt eidem legibus sibi commissis, potestate, & auctoritate sibi concessa, non proprio, sed alieno nomine.

FINIS.

Finis generalis totius politiæ reipublicæ est utilitas publicæ, seu populi, quæ & principaliter omnes, ut universos considerat, & singulos consequenter, quia ex populo sunt, instituit, dirigit, & conservat in societate illa publicæ, & breviter, ad statum reipublicæ pertinet.

Ad illum statum conservandum, primum dominia rerum distributa ex jure gentium, veluti ad communem societatem facilius conservandam, ut quisque seorsum laboraret, & ne in laboribus ab otiosis interpellaretur, neve res, & cultura illarum negligerentur, lex hoc jure, de just. & jur. P. c. forus de verb. sig. Distinctis item dominis, leges de commutandis rebus, volentibus dominis, late: de contrahibus licitis. lex hoc jure de judic. & jur. P. quo acquirendis, amittendis, & conservandis rebus, in quibus vis constitit totum. l. fin. de leg. P.

ORIGO, PROGRESSUS.

Prima distinctio populi, ut hominum personalis, singularium personarum est, sexus ab homine primo creato Adam, à cujus unitate numerus aliorum pendet, & latere prius producta conjugè Eva: & ex utroque, generatis reliquis mortalibus. Subinde secunda distinctio fuit generantium, & generatorum, & ætatis: dehinc mortuis primis generalibus, & relictiis filiis, singula cœperunt à se genitos seorsum procurare, & inde secuta divisio per familias, seu domos, quarum numero continentur & filii, servi, ancille, & postea clientæ, qui se principalibus familiæ, vel feodere, vel sive devinxerunt, illi se commiserunt, vel bona ab illis colenda acceperunt.

Coierunt in unum plures familiæ, & in eodem loco habitantur commodioris vite causa. Hinc vicis facti, ex domibus conjunctis vicinalibus: dehinc, ex vicis pagi: ex pagis urbes aratro circumscriptæ, muris clausæ, politiorumque instituta, &

ex civitatibus rursus civibus abundantibus, abducti coloni in proxima loca, vel in alias regiones, unde coloniæ dicitur, quæ observantur ut præcipuum originem, civitatem illam, & patriam, unde ductæ fuerunt, & idcò matricem ut præcipuam coluerunt, ab ea leges acceperunt: sui testimonium cognationis, tributis, ope, auxilio pecuniarum, & personarum, dum, opus fuit, præbuerunt.

A matricibus rursus, aliisque vicinis civitatibus, alicujus viri superioris electa industria, opera & protectione facta inde regna, ex pluribus subditis regnis imperium.

In Genesi mundi, Exodo, & aliis libris sacre pagine, distincta politica humana, & divina per generationes, domos, loca habitationum electa, familias & ante post inundationem diluvii generalis.

Distincti Principes generationum, & per familias primum constituti Gen. 1. 4. c. 5. Post diluvium inter generationes Sem, Cham, Japhet filiorum Noachi divise familiæ, & gentes per orbem terrarum. Gen. 10. 11.

Kursum ex duodecim filiis Jacob, ex duodecim Patriarchis, id est, primis patribus, totidem divisiones generales, quæ rursus per cognationes, & familias fuerunt subdivise. Exod. 6. Num. cap. 1. & 2. per decem primæ capitæ lib. 1. Paralip.

Subdivisa & tribus Levi per officia, ministeria ad cultum divinum pertinentia, per vices, per cognationes ab ipso Davide. Paral. cap. 23. & 24. Et numerati à viginti annis, & supra, quorum alii ministri electi sunt, alii iudices, alii prepositi, alii cantores, psalter, canentes organum, alii cantores, alii ut Levitæ, qui starent manè ad confitendum, & canendum Domino, similiturque ad vesperum, & ad obsecranda sacrificia, reducti in classes, collegia, & exigua corpora civilia.

Fuit aliquando tempus, quo exigua erant regna, sineque potestatis publicæ angustia, unoquoque refore suis contentis, & nihil, aut pauca à vicinis desiderante, diligenter sibi commissos paucos curante, femota ambitione latius regnandi, aut subditi sibi alienigenæ, ut ait Justinus in principio. Unde antiquitus plures memorantur fuisse reges, seu reguli, quos hodie dignaremur nomine Marchionis, aut Ducis, aut Comitum.

Etanquetunc veluti nata cum ipsa terra indigenæ arroyones tam imperantes, quam subditi, & paucis legibus contenti, ut qui ex moribus confecti à majoribus traditis, viverent pacifice, veluti cum illis nati, & his cum lacte assueti.

At ubi postea incellit dominantium Libido, vicinos subjugandi desiderium, inanis possidendi gloria, effecerit ceperunt homines, ad bella, ad prædas conversi: in iustitia paternâ, & patriâ labefactâ, necessitas defendendi imposita, nationes nationibus diversis conjunctæ, mixtæ, corrupte: instituta diversa desiderata, novi modi vivendi, ex diversis pro occasione oblata temperati: & ex malis moribus, bonæ leges reformatrices ortæ, debiliores populi à fortioribus superati, illorum legibus regi cœperunt, abdicatis propriis.

Hinc sequitur lex rerum publicarum diversæ administrationes populorum, civitatum, oppidorum, & regnorum diversæ societates.

FORMA, ET DIFFERENTIÆ.

Vide Magistratus.

Plurimi eorum, qui de republica scriperunt, tria ducunt esse politica rum genera, hæc prius regnum, alterum Aristocratiam, tertium democratiam vocant. Videtur autem de istis haud immerito vehementer posse dubitari, an hæc Reipublicæ formæ tanquam solas, vel tanquam reliquis potiores nobis exponant. Etenim utrumque ignorare mihi videtur. Si quidem manifestum est eam Republicæ formam optimam esse iudicantem, quæ omnibus quas prædiximus proprietatibus consistit. Huius quippe rei experientiam non verbis modo sed & opere ipsi percipiunt, ex eo quod Lycurgus Lacedæmoniorum Rempub. prius ad hunc modum constituit. Verum nec illud sentiendum est, quod hæc politiæ solæ existant. Jam enim monarchias quasdam, & tyrannicas politias vidimus: quæ quamvis plurimum differant à regno, simile tamen aliquid cum illo habere videntur: id quod & cuncti monarchæ simulant, & ad hoc regni nomine pro viribus utuntur. Præterea Oligarchiæ Republicæ, quæ plures extiterunt, simile quiddam habere videtur cum Aristocraticis, quæ tamen (ut ita dicam) plurimum differunt. Idem & de Democratia

sentiendum est. Quod autem verum sit, quod dicitur, ex hisce manifestum redditur. Neque enim mox qualibet monarchia Regnum dici debet, sed ea duntaxat, quæ voluntario subditorum consensu conceditur, & magis pro animi sententia, quam timore, & violentia gubernatur. Neque etiam quævis oligarchia pro aristocratia reputanda est, nisi ea tantum quæ secundum electionem, & iustitiam, ac prudentissimis viris æqualiter administratur. Nec Democratia censeri debet, in qua cuncta multitudo quæcumque libet, ac præsumunt faciendi potestatem habet: sed in qua & patrium est, & consuetum colere Deos, cum honore obsequi parentibus, seniores revereri, ac legibus obedire. Quando in ejusmodi multitudine quod pluribus probatur, obtinet, tum rectè Democratia vocatur.

Quapropter sex sunt politiarum dicenda genera: quorum tria decantata sunt omnibus, de quibus jam est prædictum: tria reliqua istis sunt cognata, monarchia videlicet, Oligarchia, & Ochlocratia. Prima ex istis Monarchia, sine certa constitutione natura quadam constat, hanc consequitur, & ex hac, intercedente constitutione, ac directione, nascitur regnum. Ubi verò Regnum in mala cognata, tyrannidem scilicet, mutatur rursus ex horum destructione aristocratia provenit, quæ tamen natura quadam in Oligarchiam transmutatur. Cum vero multitudo injustitiam eorum, qui præstantia perita ulciscitur, nascitur democratia. Rursus cogente plebis contumelia, & iniquitate, temporis successu ochlocratia exurgit. De his autem perspicuè conosci poterit, quod quæ jam dixi, revera sic habeant, siquis singularum politiarum, secundum naturalem cursum, & principia, & exortus, & mutationes cognoverit. Etenim quisquis singulas consideraverit, quomodo nascantur, is demum solus, & incrementum, & vigorem, & mutationem pariter, ac fidem singularum considerare poterit, quando videlicet, & quomodo, & alia in aliam desinat.

PRINCIPIA AD FELICITATEM.

Ego cuiusvis Republicæ duo arbitror esse principia, propter quæ tam potentiam, quam statum illius aut opabilem, aut destabilem fieri coniungit. Hæc autem sunt mores ac leges. Operabilis, ac selectus, & reipublicæ status est, quod & prius mortaliæ vita sancta, & integra, publicæ civitatis mores placidi, ac justè redduntur. Destabilis vero ac fugiendus quod contrarium perficitur. Quemadmodum itaque si quando mores, ac leges honestatem apud quosdam reducere videremus, confidenter pronunciamus, & viros ejusmodi Republicæ honestati fore conformes, ita, ubi privatam quorundam vitam avaritiæ deditam, & publicæ negotia iniuria esse viderimus, manifestum est, haud immerito posse dici, quod partim secundum leges, & partim secundum mores illorum depravata sit tota eorum Republica, Polyd. bist. l. 6.

APOPHTHEGMATA.

Thales, optimam esse pronuntiat Rempub. quæ civis neque prædivites, nec admodum pauperes contineret. Plat. in convivio septem sapientum.

Idem Solon: Republica, inquit, is optimus status mihi esse videtur, & democratiam in ea servare maxime, in qua injuriarum auctorem ad jus trahunt, accusant, & puniunt non minus illi, qui iniuriam passi non sunt, quam is, qui passus est. Ibid.

Item Bias dixit, optimam esse Remp. in qua legem omnes perinde ac ipsum dominum, & regem metuunt. Ibid.

Periander eam judicavit laudatissimam esse Remp. in qua cum reliqua æqualia existimentur, virtute quod melius, vitio autem quod deterius est, definitur. Ibid.

Cleobulus illam Rempub. maxime bene compositam esse, ubi civis magis infamiam quam legem metuunt. Plat. in convivio, septem sapientum.

PITTACUS, Ea est, inquit, Republica bene instituta, à cujus gubernaculis mali removeruntur. Ibid.

Chilon, optimam asseruit esse Remp. quæ maxime leges, minime autem rethores audit. Ibid.

Idem Solon. Illam civitatem optimè habitari dixit, in qua viros bonos honoribus affici, contra autem, improbos panis mosuerit. Stob. serm. 41. de republ.

PYTHAGORAS dicebat, primam luxuriam civitates ingredi, deinde satietatem, postea contumeliam, postremo exitium. Eod. Sermon.

SOCRATES interrogatus, quemnam munitissima civitas esset? Respondit: quæ bonos viros habet, idem, felicem illius Republicam.



ut erat impudens, vestem ipsam non causa utilitatis in-  
 A nasteri sed nequitia sua cogente, aliquibus dedit in pi-  
 gnus, apud quos mansit, quousque scelere suo petente  
 vita privari meruit. Quae denique vestis deinde venit ad  
 manus civisquam Primicerii iudicum nobilissimi, & pruden-  
 tissimi, qui seculari prudentia potius fervens, & pruden-  
 tissimi, qui reddidit sanctis, sed quasi proprium thesau-  
 rum servandum in capsum retruxit. Cuius clarissimi Con-  
 fessoris nuditatis, & expoliationis Deus miseris, sicut  
 postea rei probavit eventus, nequissimo ministro flagel-  
 lanti eum poenitentiam tribuit. Qui sciens poenitentiam  
 Regis pro uxore Abrahae per flagella verum designatam:  
 non a possessis rebus, sed ab ipso possessore capiti flagel-  
 lum & malens illum ex improbitate extinguere, quam  
 post flagellum ad poenitentiam reverti. Namque obiavit  
 ipsi iuxta propriam domum, & inter caeteras comitantium  
 equitum, de equo aspero deposuit, ac elisum paralytica in-  
 firmitate attrivit. Fit exanguis, fit poene exanimis: currit  
 anxio exor, currunt fratres, & tota flebilis domus mirantur,  
 & desunt miserum cadaver: fit strepitus concurrentium, fit  
 luctus maximus. Tandem manibus eorum introducit do-  
 B mum, non ut ei mederentur, sed ut defuncto debitis pote-  
 rentur. Mox pietas Dei assistit immensa, volens ei, cur eve-  
 nerit illud, clarius ostendere: & vitam ipsi servavit, & oscita-  
 re cepit. Finit alta silentia, imponitur modus gemitibus  
 quærentur medici, nec inveniuntur, qui proficere vau-  
 deant, sperabatur itaque tota melode Dei per aliquot dies.  
 Cum ecce intempeste noctis silentio, ut infirmus liberaretur,  
 non uxori, seu filio, non propinquis, sed ipsi paraly-  
 tico, ipsi muto, ipsi omnem cibum fastidendi vixi sunt sancti  
 Bonifacius, & Alexus (sicut idem scribit) torvo in eum as-  
 picientes, & agitates capiti, ac dicentes: Putasne te san-  
 num nostra veste, uti, nobis expoliatis? Quos enim require-  
 ret tremula voce, qui essent, vel unde, ajunt: Ego Boni-  
 facius sum, iste vero est homo Dei Alexus, quem tu expo-  
 liatum habes, quo tegebatur, ostendit humerum sancti  
 Alexii: coniciens verecundiam rubore, nudum; quem  
 etiam vidisset viro puriore, lacte candidiore, coepit plus  
 ex ipsa visione non furges, priusquam veste mea, pro qua  
 C percussus es, induat. Quia me voce laetus evigilans, balbu-  
 tando conjugem, qui haecenus nec os aperire poterat, ap-  
 pellat suam: Chara conjux, compatem meum Leonem, &  
 patrem spirituales meum Benedictum Episcopum. Portuen-  
 tem ad me venire citissime facito. Erat enim Benedictus in di-  
 vinitis, & humanis discretissimus. Quibus accersitis, quæ au-  
 dierat, seriâim exposuit. Tunc Episcopus pia lætitia persus-  
 sus, talia cum lacrymis coepit: Gloria tibi, Christe, glo-  
 ria tibi, Domine, qui ita feceris, ut placeris, flagellas, ut  
 indulgeas, precatus, ut sanes. Gloria tibi, bone Jesu, qui lo-  
 quentem me audire facis, quem mortuum poene diviti: pro-  
 curator animarum, & corporum, tua medicamina non curant  
 criticos dies, non petunt Indica pigmenta. Et conversus ad  
 agrotum lacrymis madefactum, dixit: Fili, redde vestem,  
 ut reddatis sanitati: credens quod infectum non remanebit,  
 quod amici Dei tibi interminati sunt. Cui agrotus, Pater,  
 jam vellem, ut supra corpus Domini Alexii vestis jaceret: nam  
 & ipsum tempus, quo fiat, longum mihi videtur. Statimque  
 allata est vestis: quam tollentes venerunt ad monasterium  
 D gallicio ejusdem noctis, & supra venerabile corpus S. Alexii  
 eam posuerunt. Sicque revertentes, quem jacentem reli-  
 querant; sedentem, & glorificantem Deum viva voce inven-  
 erunt. *Apud Baron. tom. 11. Annal. ad an. Dom. 100. 19.*

HILDEBRANDUS Romana Ecclesia Archidiaconus, dum  
 prædici ecclesiarum injuste possessis, sub conspectu præsentie  
 venerandi Papæ Victoris in Ecclesia concionaretur, intru-  
 sit congruenter exemplum: In I eutoniciis partibus, inquit,  
 Comes quidam dives, ac præpotens, sed quod in illo homi-  
 num ordine prodigium dici reperiri, bonæ opinionis, & inno-  
 centis vitæ, prout humanum erat de ejus æstimatione judi-  
 cium, ante decennium ferè defunctus est. Post ejus obitum,  
 quidam religiosus vir per spiritum ad inferos descendit, & præ-  
 stium Comitum in supremo gradu ejusdem scæla positum vi-  
 dit. Ajebat namque, quia scæla illa inter fridentes, & cre-  
 pitantes ultimas incendiis flammis videbatur erecta; atque ad  
 suscipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia de-  
 scenderent, constituta. Erat autem tetrum chaos, inmane  
 barathrum infinitè patens, atque in profunda demersum, un-  
 de scæla producta surgebat. Hocigitur ordine succedentium

sibi met feries tenebatur, ut cum quis eorum novus accederet,  
 primum interim scæla gradum teneret. Is autem, qui illic re-  
 perus erat, alique omnes, ad proximum sibi gradum in ima  
 descenderent: cümque aliatque alii ex eodem genere homi-  
 nes post carnis obitum ad præstatam scælam per temporum in-  
 tervalla confluerent, alii protinus cederent, ineffabilis iudicii  
 necessitate, ad inferiora migrabant. Planè dum vir, qui hec  
 contemplabatur, causam hujus horrendæ damnationis inquiri-  
 ret, & præferretur cur ille Comes sui temporis puniretur,  
 qui tam justè, tam decenter, tam honestè vixisset: quia pro-  
 pter quandam prædii Metensis Ecclesiæ possessionem, cum  
 bono Stephano proavus ejus abstrulerat; cui videlicet iste jam  
 decimus in hæreditate successisset, omnes isti nunc diverso  
 supplicio deputati sunt. Et sicut eos ad peccandum non dispa-  
 raritæ culpa conjunxit: ita nihilominus ad preferendas  
 atrocis incendiis penas commune supplicium copulavit. Hoc  
 Ecclesiastici juris possessores advertant, & subtiliter caveant.  
 ne dum de re redditibus Ecclesiæ faciunt, edaces postmodum  
 flammæ medullis suis depauperent. *Petr. Damian. ad Dominicum  
 cap. epist. 5. ex Biblioth. Patr. tom. 3.*

His subjungit ex Annalibus Societatis Jesu aliud in hæc  
 verba: Homo transfalpinus ex sacra domo Lauretana calcis  
 aliquantulum sustulerat. Hunc, ubi Romam venit, morbus  
 debilitate subita adortus est. Cùm autem de consilio quorundam  
 Lauretani redisset, calcemque restitisset illico sanita-  
 tem recuperavit. Hæc his fermè verbis Valentinus. Quibus  
 valde illud affine est, quod nostra memoria Joanni Soares  
 Comimbrensi Episcopo contigit; qui in illo ad Concilium  
 Tridentinum itinere, laterem ex eadem ad Lauretana, illo  
 permittente, qui poterat, delumptum tamen non tulit im-  
 pune. Nam morborum, & dolorum quasi tempestate quassa-  
 tus, non ante convalescit quam laterem eò, unde abstrulerat,  
 referendum curavit. *Ex Joan. Ant. Valerino in Annal. Societ.  
 1582. sub Proo. Rom. Joan. Bonifacii lib. 5. c. 1.*

Transferantur nonnulla ex Loco de Furio.

Restrictio Mentalis.

Quere in loco de Simplicitate, Simulatione, Mendacio.

Resurrectio.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

R esurrectio est mutatio substantialis, qua id quod prius  
 existit, & corruptum erat, idem tæ reproducit. Returgo enim dicitur  
 quasi rursus furgo: & is intelligitur usu Ecclesiastico, qui semel defuncti fuerunt, & ad vitam redeunt.

Apud Latinos veteres vox ista in hæc significatione non  
 usurpabatur, sed ut significabat instaurationem, seu restitutionem  
 rei ad priorem statum, quamvis non idem numero, quod  
 ceciderat, repararetur.

Cùm autem dicimus Resurrectionem esse mutationem, datur  
 intelligi, quo modo differat a creatione, aut recreatione. Est  
 namque resurrectio mutatio ex subiecto. Unde locum habet in  
 rebus consistantibus materia, & forma: iisque corruptibilibus.

\* ILLIUS CAUSA. POSSIBILITAS.

Resurrectio, ut est reparatio ejusdem numero hominis, qui  
 ante fuerat, non potest virtute aliquis agentis naturalis fieri,  
 sed à solo Deo, qui tamen postea creaturam tanquam instru-  
 mentum suum supernaturaliter elevare ad resurrectionem  
 producendam. An vero hec Deus duxit, consideranda, ut  
 auctor nature, adeoque resurrectio hominis nature debita  
 censeridebeat, videatur apud Soares p. 3. q. 54. art. 1. disp. 44.  
 Tom. 2. Sæd. 7.

Cur autem reproduci ejusdem numero effectus sui natu-  
 raliter impossibilis, ratio redditur, quia nequeat materia pri-  
 ma eadem numero ita applicari, ut per causas naturales possit  
 ex ea generari homo. Siquidem per continuum resolutionem,  
 & transmutationem facile ea dissipatur, sic ut eadem nume-  
 ro non maneat: utque demus id fieri posse, tamen agentia  
 naturalia non poterunt eam disponere ad ejusdem animæ in-  
 troductionem, cum eodem omnino temperamento, & or-  
 ganizatione.

QUI

QUI RESURREXERINT.  
 \* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Legimus 14. Reg. 13. quomodo quidam sepelientes homi-  
 nem viderant latrunculos, & proferantur cadaver in sepul-  
 chrum Elisai, quod cum teigisset ossa Elisai, revixit homo,  
 & stetit supra pedes suos.

ELLAS etiam excivavit, & revivificavit filium viduæ, 3. Reg. 17.  
 Christus tres succitavit à mortuis: filiam Archipilymagoi  
 adhuc in domo jacentem: juvenem filium viduæ extra por-  
 tam elatum: & Laxarum quadriduam sepultum, Mat. 9.  
 Marc. 2. Luc. 5. & 7. 11.

Ipsè autem Dominus propria virtute postquam tribus die-  
 bus, & tribus noctibus fuisset in corde terra, resurrexit à  
 mortuis, quem vocat S. Paulus primitias domientium, non  
 quod autem nulli surrexerint, sed quod primus propria vir-  
 tute resurrexerit ad vitam beatam, gloriosam, immortalem.  
 Itaque Christus primitias, quod velut primitivum fructus è ter-  
 ra, in quam quæsi granum frumenti ceciderat, repullulans, &  
 renatus, per resurrectionem Deo oblatum est. De quo ita S.  
 August. serm. de Pascha. Ecce surrexit ab antro sepulchri re-  
 divina caro Phœnicis, quam cinnamomum decoxerat picaritis  
 granum frumenti, quod solum in terra mortificatum est in  
 passione, multum fructum attulit in resurrectione: solus enim  
 mortuus est, sed folus minime resurrexit: quorum enim se-  
 pulchra in ejus passione sunt patrefacta, horum corpora Chris-  
 ti resurgunt sunt de pulvere succitata: & sicut cum Domino  
 surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse cre-  
 duntur.

Matthæi cap. 27. hæc describuntur. Nempè Christo morien-  
 te monumenta aperta fuisset, ac multa corpora Sanctorum,  
 qui dormierant, surrexerunt: & exentes de monumentis post il-  
 lius resurrectionem, venisse in sanctam civitatem, & appa-  
 ruisset multis. Unde colligit Doctores plerique, quod licet  
 monumenta fuerint aperta Christo moriente, non tamen sur-  
 rexerint aliquos ante ipsam, adeoque prima verba per anticipa-  
 tionem dicta esse à Matthæo. Iterum sunt, qui volunt eos re-  
 surrexisse cum corpore mortali, sic ut rursus mortui fuerint,  
 cuius sententia est Augustinus epist. 99. Evod. Hieronymus in  
 c. 27. Matth. & epist. 150. ad Hedibian. q. 8. Alii etiam non im-  
 probabiliter sentiunt eos surrexisse ad vitam immortalem.  
 Origen. 11. ad Rom. Epist. baret. 75. in fine. Clemens Alex. 16.  
 Stromat. Jul. in q. 85. & Remigius super Matth. quem refert S.  
 Thomas in catena 3. post discussam utramque opinionem, con-  
 cludit: Incunctanter ergo credere debemus, quia qui resur-  
 gente à mortuis Domino resurrexerunt, ascendente eò ad cæ-  
 los, & ipsi pariter ascenderunt, & ita supra senit B. Augu-  
 stinus.

In Actis Apostolorum legimus Tabitam feceminam piam,  
 & eleemosynis claram Lyddæ mortuam, à D. Petro Apostolo à  
 Joppe accersito, omnibus fors ejectionis, postis genibus suppli-  
 cante, vitæ restitutam. Act. 9.

PAULUS Apostolus, Lystris lapidibus ad necem neque obrutu-  
 s, & extra urbem veluti mortuus tractus, discipulis circum-  
 stantibus surrexit, & in urbem reversus est. Act. 14.

Troade cum Paulus Apostolus in cœnaculo ad mediam  
 noctem sermonem produxisset. Eutychemus juvenis in fenestra  
 sedens, somno alio oppressus, decidit de tertio conigna-  
 tione. Paulus vero digressus incubuit ei, eumque vitæ restituit.  
 Act. 20.

HISTORICA.

D. D. MARTINUS antequam ad Episcopatum Turonensem  
 vocaretur, in insula Gallinaria tugui nolui exstruxerat, & Ca-  
 techumenum quendam secum habebat. Is Martino per tri-  
 duum absente, apud D. Hilariu Pictaviensem Episcopum  
 febit correptus obierat. Martinus reversus, ubi examinem re-  
 perit, cæteris exclusis, solus intra casulam, seque super demor-  
 tuum discipuli cadaver prostermit, ac oratione ardenti eum ad  
 vitam revocat, revocatum baptizat. Vixit postea plures ad-  
 hæc annos. *Supra in vita Dial. 2. c. 5.*

Idem, cum Lupicino præteriret, & ejulatim in quadam  
 domo audiret, ingressus, servum quendam laqueo vitam sibi  
 ipsi eripuisse invenit: eumque precibus vitæ restituit. *Severus  
 Sulpitius testis.*

MARCELLUS Tudertina urbis non ignobilis civis, magis  
 tamen animi probitate notus (ut in Dialogo B. Gregorii rela-  
 tum legimus) cum mortuus jaceret, à Fortunato Episcopo  
 ad vitam revocatus est. At verò non dissimulavit, hoc se op-  
 pidò quam agrè ferre, quod diceret, ad quietis beatæ loca

jam se perductum fuisse, cum ad corpus redire justus est, an-  
 nuente Domino precibus Fortunati. *Marulus.*

ARDURUS, nomen est fundi propè Carthaginem, ubi Eccle-  
 sia est, in ea memoria Stephani martyris. Puerum quendam  
 parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves, qui ve-  
 hiculum thæbant, rota obriverunt, & confestim palpitavit  
 expirans. Hunc mater arreptum ad candem memoriam po-  
 suit, & non solum revixit, verum etiam illatus apparuit. *Aug.  
 lib. 22. de Civit. Dei c. 8.*

Sanctimonialis quædam in vicina possessione, quæ Caspa-  
 liana dicitur, cum agritudine laboraret, ac desperaretur,  
 ad Stephani martyris memoriam tunica ejus allata est: quæ  
 antequam revocaretur, illa defuncta est. Hac tunica operue-  
 runt cadaver ejus parentes, & recepto spiritu, salva facta est.  
*Idem.*

Apud Hipponem Bassius quidam Syrus ad memoriam Ste-  
 phani martyris orabat pro agrotante, & periclitante filia, co-  
 que secum vestem ejus detulerat: cum esse pueri de domo cu-  
 rrenterunt, qui ei mortuam renunciarent. Sed cum orante illo,  
 ab amicis ejus exciperentur, prohiberent eis illi dicere, ne per  
 publicum plangetet. Qui cum domum redisset, jam suorum  
 ejulatibus personantem, & vestem filiz, quam ferebat, super  
 eam projecisset, reddita est vita. *Idem.*

Apud Hipponem, Irenæi cujusdam collectarii Filius agri-  
 tudine extinctus est. Cumque corpus jaceret examine, atque  
 alius gementibus, & plangentibus exequia parentum, amico-  
 rum ejus quidam inter aliorum consolantium verba suggestit,  
 ut Stephani martyris oleo corpus perungeretur. Factum est,  
 & revixit. *Idem.*

Apud Hipponem vir tribunicius Eleusinus, super memo-  
 riam Stephani martyris, quæ in suburbano ejus est, agitudine  
 examinatum posuit infantulum Filium suum: & post oratio-  
 nem, quam cum multis lacrimis ibi fudit, viventem levavit.  
*Idem.*

EUCHARIUS Presbyter, morbo quodam prævalescente,  
 mortuus sic jacebat, ut ei jam pollicem largiretur. Opiula-  
 tione Stephani martyris, cum de memoria ejus reportata fuisset,  
 & super jacentis corpus missa ipsius Presbyteri tunica,  
 suscitatus est. *Idem.*

ATHENA, Cataldi (qui postea fuit Episcopus) mater, in  
 partu mortua, ab ipso Cataldo primum nato, ad vitam solo  
 amplexu revocata est. *Ravennus.*

Comes Ricardus nocte quadam orationis gratia solus in  
 templo ingressus, reperit ibi feretrum, in quo cadaver repo-  
 situm erat. Dum autem oraret Comes, subito Mortuus illi:  
 magno cum strepitu feretro exiit: ac extensis brachiis, quasi  
 in amplexu ejus ruiturus ad Comitem accessit. Quem cum  
 Comes, signum crucis fronti suæ imprimens, frustra tententis,  
 ut recederet, adjuraret, stricto gladio illo dissecuit: & exinde  
 statuit, per totam terram circa funera vigiliis celebrari.  
*Ranulphus lib. 6. c. 7. Paganonici.*

MAURILIUS, Episcopus Rothomagensis, post mortem  
 templo inferendus, resumpta anima, circumstantibus de statu  
 mortuorum quædam locutus, iterum expiravit. *Vincenius.  
 lib. 25. cap. 4.*

D. GERMANUS, cum ad Tornodurum venisset, cujus-  
 dam Discipuli, qui è Britannia se secutus erat, sepulchrum  
 invenit: quem cum evocasset, rogassetque, ane ulterius se-  
 cum militare vellet? respondit: Sat sibi esse militatum, se-  
 que cumulatissimis militæ præmiis fuit: proinde orare, se  
 missione donaret. Quiesce, Germanus, inquit, ac vale.  
 At ille deposito mox capite, in Domino obdormivit. *Bonifa.  
 lib. 4. Dec. 4.*

D. BENEDICTUS Mortuos aliquot excitasse traditur à Gre-  
 gio Turonensi.

MAURILIUS, Andegavenis Episcopus, dum expectatur  
 donec sacrificium petegerit, interim quem baptizatum erat,  
 vita defunctum comperit: fusque negligentie imputans,  
 usque adeo doluit, ut relicta Ecclesia, navim concendens  
 clam effugeret. Sed peracto septennio, quo principis cujusdam  
 olitoreum egit, à suis clericis reditus, qui quam primum ad Pueri  
 illius unam prostratus oravit, fama est, ipsum à morte suscita-  
 tum baptismo perfudisse. *Marul. lib. 4. c. 10. & lib. 2. cap. 12. &  
 Eurgol. lib. 6. c. 9.*

Tres viri mortui, sacro D. Hieronymi, quo pro indumento  
 usus fuerat, ad stabilendum purgatorium, & refutandum erro-  
 rem eorum, qui defunctorum animas nec beatitudinem, nec  
 penas sentire usque ad resurrectionis diem existimabant, resus-  
 citati fuerunt. *Marul. lib. 5. c. 11. ex epistola Cyrilli, de signis D.  
 Hieronymi post obitum factis, ad Augustinum.*

Urfuls

URSUS Claronensis, à D. Fridolino, cui hereditatem suam donaverat, resuscitatus: cum frater Ursi, Landulphus, patrum negaret, & coram Baldeberto Lantgravo iudicium expediti non posset, nisi Ursus donator coram iudicibus sifteretur. Atque sic Claronia in pagum Rheicum Rancquil per sex miliaria Ursus deductus fuit.

HEROSOLYMITANA femina crucis impositione resuscitata. N. *Nicephorus lib. 8. c. 29. Sulpitius Severus lib. 2. sacra histor. & Sogonemus lib. 2. cap. 1.*

AMELIUS Iulio Angeli revelatione instructus, occiderat Filios suos, & sanguine eorum amicum necessarium suum, Comitiss Arvernenis F. à lepra mundaverat. Cum autem mater filiorum eam rem moleste ferret, & Amelius oraret, reperit liberos suos vivos, & in lecto ludentes, quos matri reddidit: atque ab eo tempore ipse, & conjux usque ad finem vitæ à consuetudine conjugali abstinuerunt. *Vincentius lib. 23. c. 166.*

SEBASTIANUS martyr, sub Diocletiano, cum multos Christi martyres exhortationibus suis in fide retinisset, in aperto campo à militibus sagittis transfixus, & in cloacam abjectus est. At Irene, mulier Christiana, ut corpus mandaret sepultura, noctu venit, & ipsum adhuc vivere comperit, solum domi fovit, atque intra paucos dies sanitati pristina restituit. *Marul. lib. 5. c. 5.*

GAD, frater Gondophori Indorum regis, revixit, ut Thomæ Apostoli in edificanda regis sumptus acceptæ, absente rege, pauperibus divideret, eoque nomine à rege in carcerem conjectus erat. Quoties testimonio Thomæ in vinculis liberatus fuit. *Marul. lib. 1. c. 2.*

VOLUSIANI Filius, qui Sigevuldis Patricii cancellis præerat, ex febre mortuus, à D. Germano Antiochiodorensi Episcopo resuscitatus est Ravenæ. *Sigonius lib. 13. Imp. occid.*

SEVERUS sacerdos, vocatus ad cuiusdam egrotantis confessionem audiendam, cum paululum tardius venisset, vita defunctum offendit. Eaque de re vehementer anxius, & afflictus, lamentis cadaveri incumbens, cum accerimè fletet, revixit, qui jacebat mortuus, dixitque: Se, dum ab impiis spiritibus ad horrenda tenebrarum loca rapitur traheretur ab angelo protinus dimittit, atque corpori restitui iustum, quod diceret, Deum id Severi lachrymis indulisse. Igitur ubi confessus est, peracta septem dierum penitentia, iterum obiit. *Marul. lib. 4. c. 11. ex Gregorii Dialogis.*

CHRISTIANUS quidam ad Nicopolim à Turcis captus, tertio demum anno loqui cepit, subinde Jesu Christi Salvatoris, & Mariæ Virginis nomina resonans. Causam interrogatus, se in christum, inconfessusque in bello occubuisse, respondit. Accessit igitur è proximo pagus sacerdotis, confessionem ritè transiegit, & impetrata eorum omnium remissione, accepta quoque novissima lustratione, repente conticuit, perpetuoque quæviit. *Bonsiu lib. 3. Dec. 3.*

MONACHUS quidam, dum missa celebratur, revixit. *Vincen. lib. 25. cap. 62.*

AUREA Abbatisa Monacham mortuam, cui claves commiserat, excitavit: & acceptis rationibus ab ea, permisit ei mori: ut refert *Vincentius lib. 23. c. 69.*

OVO puer suspensus, Vulfrani Episcopi precibus revixit. *Vincentius lib. 23. c. 145. Eysford. lib. 2. c. 66.*

GREG. Turon. de gloria Confessorum c. 83. annotat, ad sepulchrum Maximi Regienis Episcopi cæcos visum recepisse. Infantulum mortuum parentibus ante sepulchrum ipsius projectum, & per noctem clauso templo ibi relictum, à mortuis excitatum: exaudita prece, & fiducia parentum, quam de ejus meritis conceperat. Turonensis addit, se ipsum puerum adultum, hæc sibi referentem, vidisse.

ARBOGASTUS Dagoberti regis Filium mortuum in vitam reduxit. *Mausoleus Generatione 21.*

D. STANISLAUS, Cracoviensis Episcopus, Petrum quendam (alii Petricum vocant, equitem Polonum) triennio exacto, vita functum, sepultumque, ad ferendum veritatis testimonium contra Boleslaum, Poloniam regem, jus Ecclesiæ oppugnantem, ad vitam revocavit, deductam sua manu, ante tribunal regis constituit, pavante quidem ad vocem ejus essero rege, non tamen vita ingenii emendante. *Dubrau. lib. 8.*

CONRADUS Braitenaverus Viennæ Austriæ propter furtum leque necatus, cum hys aliis quod pendisset, sub crepusculum à carnifice in gymnasium Medicorum (quia cadaver à magistratu anatomie causa impetratum) deportatus ad

se se rediit, & contra carnificis immanitatem, qui laqueum de collo pendente denuo confringere parabat, ab his, qui cadaver excepturi erant, medicina studiosius defensus, scriptorioque cultello tribus venis apertis, loqui cepit, & ambulare: hinc voti perfolvendi causa cum Pedello Academia Viennensis Oetingam profectus est. *Martini Sengenius ex Actis Academiae Viennensis, libro de factello Oetingen.*

AVORUM arate, quidam è nobili Tatoridiorum familia, Vesulii Burgundiorum peste correptus, & pro mortuo jam deploratus, ad majorum sepulchra in oppidum Tatoridam, quatuor miliaribus Germanicis inde distans, loculo impostus deferabatur. Nocte ingruente, cum à rusticis, loculo impostus deponeretur, animadvertunt, sanguinem purum copiosum per rimas effluere. Loculum aperiunt, humerum summum à clavo per latus loculi profunde adhaerentem vulneratum, & ex agitatione insuper cutis vehementer dilaceratum, pectus interim totum adhuc calore deprehendunt. Propter igitur è feretro exemptus, & ad ignem positus, tanquam è profundo somno omnium, qui consingit, ignatus ad sese rediit. Uxorrem inde suo tempore duxit, & ex ea filiam suscepit, quæ Huldrico à Pfort nupsit: eique primo biennio filiam, & filium Fridericum peperit: duodecimo post anno Conradum: altero duodenario annorum Valentium. In prædictum Fridericum genus suum referat Sigismundus à Pfort, Ecclesiæ Mariæ Basiliensis Præpositus: cuius hocce acroama, ut rarum, sic memorabile, hic inferere placuit.

\* In vita S. Francisci commemorat D. Bonavent. cap. 15. quomodo in castro montis Mariani prope Beneventum, Mulierem vita functam, absque confessione prævia, revocaverit ad vitam, ut peccata sua confiteretur.

\* DES. MACLOVIO Episcopo Insula fortunata tradit Vincent. lib. 23. c. 49. & Simon Magol. coll. 2. quod Gigantum ibi diu ante sepulchrum ad vitam revocaverat, qui multa de rebus alterius seculi illud edocuit, & baptismo suscepto diu superavit.

\* S. DOMINICUS ordinis Prædicatorum institutor, inter alia, quæ per eum Deo paravit miracula, tres mortuos ad vitam revocavit. *Breviar. Rom.*

\* Inter miracula, quæ ad Genitricis suæ intercessionem Dei filius operatus est in oppido Hallensis: collecta, & descripta à viro clar. *Julio Lipsio*, plura hujus argumenti memorantur, videlicet de quodam Puero demerso in aquas, vite redditus: item de alio in puteomerso, alio fascia strangulato, denique altero in voragine mortuo, alio insuper triduum defuncto, & sepulto: qui omnes vitam receperunt, & loci illius cultum mirifice propagarunt. *Sp. Fate Locum de fide Catholica per miracula propagata. Vbi de mortuis ad vitam revocatis. Item miracula Desip. Virginis, Loco de eadem.*

ETHNICORUM EXEMPLA.

ISIS Orum filium, à Tinatibus interfectum, & in aquis repletum, ad vitam revocavit. *Diod. Siculus.*

GLAUCUM quendam mortuum ferunt, præter omnium expectationem, gustato mellitio pharmaco revaluisse. Alii, multis accurrentibus medicis, herba (quam Diaconem vocant) vite restitutum dicunt. *Erasmus in Adag. Glaucum potio melle resurrexit.*

CLAUDEIUS Solensis lib. 7. Vitarum, inquit, Glaucum Paphæ filium fuisse, qui cum murem inqueretur, in dolium mellis incidit, atque ibi suffocatus est. Hunc ubi pater Minos nupsit inveniret, accepit respositum hominem illum significatum, & filium in vitam restitutum, qui dixisset, cui rei simus dicit bos tricolor Minois, qui in agro pascabatur. Polyidus instructi rubi similem esse dixit. Minos ergo illum justitiam sibi filium indicare. At Polyidus ex arte divinatorum suffocatum esse, inquit, in dolio mellis. Cùm mortuus inventus fuisset Glaucus, Polyidus cum illo in quodam quandam includitur, ut illum vite restituit. Qui cum serpentem ad cadaver properantem vidisset, volens illum irritare, ut ipse ab eo necaretur, serpentem interfecit. Tum aliud draco ad mortuum serpentem accedens, herbam quandam attulit, qua tacta serpens revixit. Hanc herbam captam Polyidus Glaucum imposuit, & ita in vitam revocavit. Coegit postea Minos Polyidum artem quoque vaticinandi Glaucum docere, antequam in patriam Argos liberum dimitteret. *Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 5.*

COUTINICEM quandam ajunt Herculi in deliciis fuisse, cujus nitore, cum viva incenderetur, ille mortuus sit in vitam restitutus. Meminit fabula *Athenæus lib. 9. cap. 15.* scribens Herculeum Jovis, & Asteris filium in Lybiam proficiscentem à Typheno

à Typhone fuisse interemptum: revocatum autem in vitam à odore coturnicis, illi ab Jolo admodum: & ob eam causam Phœnicæ Herculi coturnice facit. *Erasmus in proverbio, Coturnix Hercules.*

CUM ad mortuum Alecium venisset Hercules, Mortem abegit, & ipsam Mariæ vivam restituit. *Euripides in Alece.*

HIPOLYTUS Theti filius, Phædra noverca, quod ejus libidini non consentiret, insidiis petitus, discerptusque ab equis suis, dum prope litus maris arigeret, confirmatis phœrum marinarum à Neptuno rogatu Theti immisissarum conspectu: in vitam ab Alcualpio revocatus (cujus rei causa Epidauri in luo Apollinis xx. equos dedicavit) patri ignoscere noluit, sed ejus deprecatione sprete, in Italiam venit, ibique dicato Atincæ Dianæ templo regnavit, Virbium se nominans. Ad quod qui singulari certamine dimicavit, prægenius nemo descendit: servi duntaxat fugitivi. *Paulianus in Corinth. & Eneidos 7.* Jupiter iratus ob inventam artem, qua homines in vitam revocari possent, reprobentem artis fulmine confectus, uti docet *interceptus Euripidis in Alece.* At eodem teste Amelgoras ob Claucum, Panias ob Tyndarum suscitator, scribit fulminatam Alibi ob Capaneum, ut *Pindari glossator Pytho 3.*

Ferunt, vetustissimum quendam fuisse Marin nomine, antea corporis parte humana, postea vero equina, qui equum primus confecerit, anno cxxxiii. vixit, ac ter mortuus, tertium revixit.

XANTHUS Historiarum actor, in prima earum tradit, occisum draconis catulum ad vitam à parente herba, quam Basilin nominat, eamque Thylochem, quam draco occiderat, restitutum salutis. Et Juba in Arabia herba revocatum ad vitam hominem tradit *Plin. lib. 25. c. 2.*

PALICOS Jovis, & Thalæ filius, mortuus semel iterum revixit, *Aeschylus scribit. Macrob. lib. 5.*

ÆSOPUM fabulatorem revixisse quidam tradunt, inter quos & comicus Plato est. *Cæli. lib. 15. c. 26. A. L.*

Artiles Proconnesus, Castrobii filius, multoties defunctus revixit, qui etiam animam quoties voluit resumeres potuit, ita ut assistentes animam cervi effigie ex ore evolantem viderint. *Herod. Plut. in vita Romuli, Plin. lib. 7. c. 51.*

Plato de Republica lib. 10. De Ere Armenia, genere Pamphylio, scribit, cum hic inter multos occidisset in prælio, decimoque post die cadavera calorum tollerentur, reliquis patribus, hujus unius cadaver integrum atque incorruptum adhuc apparuisse: domumque deportatum, ut iustis ceremoniis sepeliretur, die duodecimo cum esset imponendus rogo, revixit, ac prodigiosa quadam narrafte, qua diebus illis decem apud inferos tumens, tum rediens, conspicuus esset.

HERACLYDE Focinam quandam, septem diebus mortuam, revixisse scripsit, teste *Plin. lib. 5. cap. 52.* qui hoc ad uteri sustocationem referre videtur, & ex Varrone recenset, xx. vitis agros dividentes Capue, Quendam, qui seretro efferebatur, dolium remeasse pedibus. Idemque Aquini alium fecisse se C. Calium Tuberonem, functum prælectura: à rogo relatum, idem ait ex testimonio Mesala Russi.

ATTILIUS Ariola consularis defunctus in rogo revixit, atque vocat vivere se exclamans, prædagoi sui auxilium imploravit, sed è flammis cripi non potuit. *Plinius lib. 7. cap. 52. Valer. Maximus lib. 1. c. 8.*

L. LAMIAS, vir prætoris, vita functus, cum post aliquot dies rogo imponeretur, flammis circumdatus, se non mortuum esse exclamavit: verum resistentibus flammis, facto subtrahi non potuit. *Valerius Maximus lib. 1. c. 8.*

LABEO duos dicit uno die fuisse defunctos, & occurrisse invicem in quodam composito, deinde ad corpora sua justos fuisse remeare, & constituisse inter se, amicos se deinceps esse vidit: atque ita esse factum, donec postea morentur. *Augustinus lib. 22. de Civit. Dei, c. 28.*

ASCLEPIADES Præficus hominem clatum ad funus vite restituit, & cum fortuna sponsonem fecit, ne medicus crederetur, si unquam agrotaret. *Sab. lib. 10. c. 8. ex Plinio.*

APOLLONIUS Romæ verbis occulte pronuntiatis, Puellam nuptiarum die resuscitavit. *Philoplat. lib. 4. in Apollonii vita.*

Idem gloriabatur se Achillis animam ab inferis evocasse, ut corporis sui molem ostentaret, & ad interrogata de gestis in bello Trojano ipsi responderet: Non, inquit, sicut Ulysses terram effodians agnorum sanguine manes Achillis eduxit: sed omnes adhibui preces, quas placandis heroum animabus faceret dotes Indorum dicit, jubens.

ENARCHUS à medicis pro mortuo habitus, & relictus (ut in libro de Anima *Plutarchus* scribit) non multo post ad vitam revertus, verè resurrexisset, spiritibus eos, qui eum vita abstraxerant, graviter ab ipsorum principie increpitos fuisse affirmavit, quod eum pro Nicæuda cortario rapissent, qui eodem die, & hora febrî correptus, cum in lecto jaceret, eo morbo decessit. Neque verò hac re contentus, ad restandam resurrectionem suam, Plutarcho, qui tunc laborabat, brevi incolumem cum fore prædixit, atque ita conigit.

Populi quidam in Lucumoria, regione Russiæ, habitantes, quotannis vigesima septima mensis Novembris die, velut hirundines, & rana, præ intenso frigore brumali, mori dicuntur: postea redeunte Vere, vigesima quarta Aprilis die, demò reviviscere. Hi cum mortem sibi imminerent, merces suas certis in locis deponunt: quas Gruftentzi, & Serponontzii vicini populi, suis mercibus interim æquivalentibus eodem loco relictis auferunt. Illi reviviscere cas merces, si justè videantur, pro suis accipiunt: sin minus, easdem repunt. Unde lites, & bella inter eos frequenter orridi curunt. *Gagninus in descriptione Moschovæ.*

\* FUTURAM GENERALEM CARNIS RESURRECTIONEM, QUI NEGARUNT

Fuit error Simonis Magi, Hermogenis, teste *Tertull. de resurrex. carnis c. 4.* & inter Judæos Saducæorum: ac promissuè Gentilium omnium Epicuræorum, negantium, & tanquam fabulosam æstimationem corporum resurrectionem, quamvis tamen inter Gentiles non capitaliter errasse censetur, qui eam crederet, aut doceret: Immo potius favore bono publico, propter quod ea doctrina esset excogitata, nempe ad coercendos metu futurorum suppliciorum facinorosos, colligit hoc *Lorinus ex c. 4. vers. 29. Ador.*

Inter Christianos fuit Joannes Hierosolymitanus, & Eutychnus Patriarcha Constantinopolitanus, sed hic convictus à S. Gregorio respuit, ut dicemus infra.

ASSERITUR EX S. SCRIPTURA.

Futura est omnium hominum, qui sunt, fuerunt, & erunt, G resurrectione iustorum, ut *Paulus* dicit *Ad. 24.* & in quorum: sub quibus etiam damnati veniunt intelligendi, & iniquis illorum suscitatio potius fit moris dicenda quam vita, ut docet *Aug. lib. 6. de Civit. c. 12.* Atque sub adultis etiam intelligi infantibus, ut expressè tradit *August. c. 84. Enchiridii.* Atque hoc tam veteris, quam novi Testamenti tabulæ confirmant.

Professus hanc veritatem fuit *Job, cap. 14.* inter alia dicit, Scio, quòd redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurum sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspiciuntur fuit. In quæ verba *August.* fatetur, cum resurrectionem carnis sine dubio illis verbis prophetasse.

Similiter secundus ille 7. fratrum pie matris *Machabæorum*, ob legum observantiam variè tortus, in ultimo spiritu constitutus dicebat. Tu, scelereste (Antioche) in præsentem vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vite resurrectione suscitabit.

Post hunc autem tertius illuditer, & linguam postulatam cito protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait: è cælo ista possideo, sed propter Deum leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso meo ac recepturum spero, hæc *Machab. 7.*

Etiã vir fortissimus Judas collatione facta, misit duodecim mille drachmas argenti Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, justè, & religiose de resurrectione cogitans: nisi enim eos, qui occiderat, resurrectionis speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis, 2. *Machab. 12.*

EZECHIELI Deus ostendit campum plenum ossibus mortuorum: dixitque ei, vaticinare de ossibus istis, & statim sequitur: Hec dicit Dominus Deus ossibus istis. Ecce ego intromittam in vos spiritum, & vivetis: & dabo super vos nervos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & vivetis: & scietis, quia ego Dominus. Et prophetavi sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: unumquodque ad juncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nervi, & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis

cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vati-  
cine ad spiritum, vaticinare, fili hominis: & dices ad spiritum:  
Hec dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus:  
& infusa super interfectos istos, & revivificavit. Et propheta-  
verat, sicut praeceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus,  
& revivificavit, steteruntque super pedes suos: exercitus grandis  
nimis valde, &c. nemp. ut Resurrectio, inquit, tibi s. Hieron.  
fian. in illa parte spiritus, sicut creatio. Ezechiel. c. 37.

Deinde Christus, in Evangelio eam asseruit, cum dixit legi  
in Scriptura Deum Abraham, Isaac, & Jacob, utique homines  
illi adhuc vivebant, cum Deus non sit mortuorum, sed  
viventium. Matth. c. 12. Luc. 20.

In Actis Apostolorum Paulus perductus a Judaeis ad  
praesidem, sive Judicem Felicem, confitebatur se credere  
omnibus, quae in Lege, & prophetis scripta erant, & spem  
habere in Deum resurrectionem justorum, & iniquorum.  
cap. 23. vers. 15.

Idem in magna Auditorum corona annuntians Jesum, qui  
resurrexit a mortuis, ad haerere sibi fecit Dionysium Aroepagita-  
m, & alios, c. 17. ibid.

Multis denique rationibus probat corporum resurrectionem  
nem in 1. Epist. ad Corinth. c. 15. per totum.

EX HISTORIIS SACRIS.

At primū, Miraculo septem dormientium.

Temporibus Theodosii Imperatoris disputatio ingens in  
urbe imperante de mortuorum resurrectione exiit, & populo  
maxima inest concertatio. Quidam enim una cum Seda-  
ucam resurrectionem profus non esse opinati sunt: quid-  
dam autem eam quidem, sed crediderunt tamen, defunctos  
excitatum in, apertis, & irrefragabilibus scripturarum  
testimoniis adducti, alio profus, & immutato corpore.  
Ue primum enim corpus illud, quod variis modis solum,  
absolutumque fit, resuscitatur, fieri non posse: sed praeter id  
aliud, nulla praecedente materia, divina, quae omnia  
voluntate denuo restituit, una cum anima resurrecturum  
esse existimant. Huic tantae aetatis hujus hominum igno-  
rantiae, & de proposita quaestione ambiguitati, qui prae-  
sident, omnia novis remedia, ut tempore suo curam adhibens,  
C

animarum sanare imbecillitatem. Itaque ante annos trecentos  
septuaginta duos facti, quae nulla ex parte miraculis  
antiquitatis ad eo supra naturae captum editis cedat: quam  
hoc loco commemorare aggrediar. Ephefi in Jonia septem  
pueri corporibus juxta, & amissis fratre fuerat a parentibus  
per manus eis traditae religionis nostrae cultores. Tanto vero  
illi erga Christum flagrant amore, ut persecutionem eam,  
quam Decius Romanus eo tempore Imperator gravissi-  
mam perquam crudeliter exerceat, parvi facerent. Et cum  
prolatam Christum confessi essent, postea non longe ab ur-  
be ea successerunt, & in vicino quodam antro propter im-  
minens periculum seipos occultarunt. Eius antri aditum, & fo-  
res persequentes a parte exteriori probe circumvallatas mu-  
niverunt. Illi porro prae anxio animi metore in somnum  
profundum delabi visi sunt, atque ita ad annos trecentos  
septuaginta duos dormierunt. Perinde enim atque angeli  
videntia divina, & spiritu sancto obumbrati, & velut sensu  
orbati, suavi, & molli somno, eos, quo diximus, tempore, ita  
sunt detenti, ut neque corpora, neque vestimenta eorum dis-  
fluxerint: ubi autem tempore suo sub praesenti, de quo nunc  
D

agimus, Theodosii imperio splendescere fores reclusae sunt  
de somno illo evigilarunt: unumque ex eis in urbem rerum  
necessarium comparandarum gratia miserunt. Cum autem  
eis civibus Decii numisma proferret, nova atque insolita mo-  
netra forma adducti, in thesaurum eum illi incidisse opinati  
sunt, juvenemque ad urbis rectorem duxerunt, neque leviam ei,  
ut autrum inventum indicere, adhiberent tormenta. Et post-  
quam flagris abunde confectus, vix apud seipsum esset excla-  
mans: Quis tandem, inquit, imperium nunc obtinet? mihi  
dicite. Atque illi suavit, & facete subridentes. Nun tu, re-  
ponderunt, Theodosium nunc feliciter imperium administ-  
ras ignoras? Tum juvenis, bona verba quae, ait non Theodo-  
sius, sed Decius, Romanum obtinet imperium, qui me, & sex  
alios mecum multo terrore territis per praefectum urbi spe-  
lancam hanc, ubi occultaretur, subire coegit, unde me illi  
fene percipi ad panes emendos praemiserit? His illi verbis  
auditis confertim, celeriter omnes ad antrum illud accurre-  
runt, adituque magis dilatato, lapidibusque hinc, & inde

disiectis, in tabulam inciderunt, in qua Decii nomen, ipso-  
rum in Christi religione profanda libertas, fuga simul, & oc-  
cultatio, nec non sepulturae tempus percommodè expressum  
erat. Proinde cum reverentia debita eos inde duxerunt, &  
de re omni celeriter Imperatorem certior fecerunt. Cate-  
tium Imperator fidelissimus, ubi eam rem cognovit, quod tem-  
pet, quae grata Deo, & accepta essent faceret, pietate sua indignum  
duxit, vel illos ad se transferri curare, vel alios ad eos  
vivendos mittere, ipsum autem domi manere: alterum enim  
arrogantiae, alterum autem foecidit omnino esse judicavit.  
Et rebus omnibus prae eo, ut ad illos veniret, contemptis, quam  
potuit celeritate Ephefum contendit, atque ibi illorum con-  
spectu se oblectavit, & cum eis colloquutus, & ad sanctitatem  
consuetudine corporum usus est: tum autem in communi etiam  
mensa cum eis, ita ut par erat, cibum cepit, septemque totos  
dies cum eis fuit omne eis curae, & officii genus praestans. Ubi  
vero etiam longiore rursus somno, & obitu sancto in Christo  
obdormierunt, debito eos profectus est honore, & pracla-  
ro ea de causa triumpho acto, magnificeque rursus eis in an-  
tro repositis, Constantinopolim est reversus. Haec res quae de  
dogmate sopita est. Satis enim constat, qui ut pueri illi tot  
annos, velut noctem unam nullo corporum detrimento quies-  
centes superessent, effecerit, eoque una cum animabus excita-  
rit: cum quoque poctentis suae abundantia, omnes homines  
cum suis, non alicuius corporibus, in momento uno, veluti ex  
somnia, tempore suo excitatum esse, &c. Nicephorus Callist.  
134. bistor. Eccles. c. 45. & Constant. Manasses in An.

CONVERSIONE EORUM, QUI ILLAM  
NEGABANT.

SADDUCEORUM.

Quidam Presbyter Sadduceae malignitatis veneno infectus,  
negans corporum resurrectionem, post longam cum beato  
Gregorio I uromeni disputationem, tandem convictus, ve-  
ram de ea re credenda fidem amplexus est. Vide fufius apud  
auctorem Greg. Turon. lib. 10. bistor. c. 13.

HERETICORUM.

Quidam veterator callidus, atque, ut sibi videbatur, do-  
ctus, & sciolus, ne nesciente, cepit ei, nempe Paula viduae  
proponere quaestiones, & dicere: In qua atate resurrecturi  
sumus? Si in ipsa, qua morimur, ergo nutriscibus post resurre-  
ctionem opus erit: in aliter, nequaquam erit resurrectio mor-  
tuorum, sed transformatio in alios. Diversitas quoque sexus  
mari, ac femine erit, aut non erit. Si erit, sequantur & nu-  
ptiae, & concubitus, sed & generatio: si non erit, sublata di-  
versitate sexus, eadem corpora non resurgent: Aggravat enim  
terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, Sed tenuia  
erunt, & spiritualia, dicente Apostolo. Seminatur corpus ani-  
male, resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare  
cupiebat, rationales creaturas ob quaedam vitia, & antiqua  
peccata in corpora esse delapsas: & pro diversitate, & meritis  
peccatorum, tali vel conditione generari, ut vel corporum  
sanitate gauderent: & parentum divitiis, ac nobilitate, vel in  
morbidas carnes, & domus inopum venientes, penas prae-  
stitorum luere delictorum, & praesenti faculo, atque corpori-  
bus, quasi carcere, clauderentur. Quod cum audisset, & ad me  
retulisset, judicans hominem, mihi quae incubisset necessitas  
nequissima videretur, ac mortifera bestia resistendi, de quibus  
Psalmistia commemorat, dicens: Ne tradas bestias animas con-  
fidentium tibi, & Increpa Domine bestias calami, qui scri-  
bentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendaciam,  
& elevans in excelsum os suum, conveni hominem, & ora-  
tionibus ejus, quam decipere nitetur, brevi interrogatione  
conclusi, dicens: Utrum crederet futuram resurrectionem  
mortuorum, an non? Qui cum se credere respondisset, intuli:  
Eadem resurgit corpora, an altera? Cum dixisset, eadem:  
Sciscitatus sum. In eodem sexu, an in altero? Ad interrogata  
recitanti, & instat colubri, huc, atque illuc transferenti caput,  
ne feriretur. Quia, inquam, tacet, ego mille pro te responde-  
bo, & consequentia inleram. Si neque resurgit mulier, ut mul-  
lier, neque masculus, ut masculus, non erit resurrectio mortuo-  
rum, quia sexus membra habet, membra autem totum corpus  
efficiunt: Si autem sexus, & membra non fuerint, ubi erit re-  
surrectio corporum, quae sine sexu non constat, & membris.  
Porro si corpus non fuerit resurrectio, nequaquam erit  
resurrectio mortuorum. Sed & illud, quod de nuptiis obicit,

fi

eadem membra fuerint, sequi nuptias, a Salvatore dis-  
solvitur, dicente: Erratis, neque nubent, neque nubent  
solvitur, sed erunt similes Angelorum. Ubi dicitur, non  
nubent, neque nubentur, sexuum diversitas demonstra-  
tur, &c. D. Hieron. in vita S. Paulae viduae Romanae, epist.  
27. apud Sur. 27. Jan. pag. 733.

Sanctus Gregorius Magnus, Romanus, Gordiani Senato-  
ris filius, adolecens philosophiae operam dedit: & praetorio  
officio functus, patre mortuo sex monasteria in Sicilia adifi-  
cavit, Romae septimum Joannis Andrea nomine in suis ad-  
ibus prope basilicam Sancti Joannis, & Pauli ad clivum Scavi-  
ri, ubi Hilarione, ac Maximiano magistris monachi vitam  
honestius, postea Abbas fuit. A Benedicto Pontifice Diaconus  
Cardinalis creatus: nec multo post, ad Pelagium II. Bene-  
dicti successore, Constantinopolim ad Tiberium Constanti-  
nopolitanae urbis Episcopus haeresim de resurrectione dissemina-  
bat: eo enim argumento commentarius a se scriptum edi-  
derat, quo cum firmiter adversus Gentiles, & hereticos car-  
nis resurrectionem asseruerit, ab Originis tamen erroribus  
petitam opinionem istudem filii scriptis inferebat, nimirum  
B fore corpus nostrum in illa resurrectione gloria impalpabile,  
ventis, aereque subtilibus. Cum id accepisset Gregorius,  
cum convenit, atque redarguit, utque ab erronea, & prorsus  
haeretica sententia recedat, longa disputatione contendit.  
Imperator autem utrumque eorum secretò suscipiens, quid  
inter eos discordis versaretur, agnovit, & utriusque partis  
allegationes pensans eundem librum, quem de resurrectione  
scripsit, suis quoque allegationibus destruens, deliberavit,  
ut flammis creparei debuisset. A quo cum egressus esset Euy-  
tychius, eum agritudine & mors protinus est secuta. Dum ta-  
men adhuc viveret, quicunque ad eum salutationis gratia  
pergebant, ante eorum oculos pellem manum suam tenebat, di-  
cens. Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus. Quod,  
ut ipse fatebatur, omnino prius negare confueverat. Breviar.  
Rom. 12. die Martii Joann. Diacon. in vita Greg. Magn. lib. 1. cap.  
28. 29. 30. Is. Baron. tom. 7. 186. 6.

ALIORUM DUBITANTIUM.

Synecrus praeter reliqua omnia facundus erat, & Philoso-  
phiam adeo excellenter exercebat, ut admirationi etiam  
Christianis esset, illis videlicet, qui nec amoris, nec odii af-  
fectibus indulgendo de visis judicant. Perstiterunt igitur illi,  
ut salubriter regenerationis particeps fieret, jugumque sacer-  
dotii subiret, cum nondum resurrectionis doctrinam susce-  
pisset, neque alicujus existimationis esse vellet. Neque malis  
comediis dacebantur, quod eas virtutes, quibus vir ille  
praeclarus erat, etiam illa per gratiam Dei sequutura essent,  
quae nihil imperfectum esse patitur: nec frustrati sunt spe  
sua. Quales enim, & quantus fuerit, epistole illius indicant,  
quas elegit, ac facunde post sacerdotium acceptum scrip-  
sit. Nicephorus lib. 14. bistor. Eccles. cap. 55. Evang. lib. 1.  
cap. 15.

EXEMPLIS ILLORUM, QUI  
RESURREXERUNT.

Vide supra. Resuscitati a morte.

SYMBOLORUM, AC SIMILIIUM  
CONGRUENTIA.

Tertullianus Phoenicem Arabiae aem, de cuius ortu, &  
revivificata multa diximus supra loco particulari, Resur-  
rectionis symbolum scribit in lib. de Resurrect. carnis, ni-  
hilque expressius pro eadem, afferenda tradit, concludens  
D hac Ironia: sed homines semel interibant, avibus Arabiae  
de resurrectione securis: &c. Eandem similitudinem habet  
late Ambr. lib. de fid. resur. tom. 4. Alia tradit S. Greg. in mo-  
ralibus, ubi ita scribit. Sunt nonnulli considerantes, quod  
spiritus a carne solvitur: quod cum in putredinem vertitur,  
quod putredo in pulverem redigitur, quod pulvis in clemem-  
tia solvitur: ut nequaquam ab humanis oculis videatur, re-  
surrectionem fieri posse desperant, & dum arida ossa respi-  
ciunt, hac vestiri carnis, rursum quod vitam viridescere  
posse diffidunt: qui si resurrectionis fidem ex obedientia  
non teneant: certam hanc tenere ex ratione debuerant. Quid  
enim quotidie nisi resurrectionem nostram in elementis suis  
mundus imitatur? Nam per monumenta temporum certis-  
sima arbuta viriditate foliorum amittit, ad fructuum pro-  
latione post largitionem cessare, & ecce subito quasi ex are-  
scenti ligno velut quaedam resurrectione veniente, videmus  
folia erumpere, fructus grandescere, & totam arborem re-  
divivum decore vestiri.

Et iterum consideremus parvum cujuslibet arboris Se-  
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

men, quod in terra jacitur, ut arbor ex illo producat, & com-  
prehendemus, si possumus, ubi in illa tanta parvitate lignum  
E tam imensa arbor latuit, quae ex illo processit, ubi seminis,  
ubi cortex, ubi viriditas foliorum, ubi ubertas fructuum?  
Nunquid non in femine tale aliquid videbatur, ubi terra ja-  
ceretur? Quid ergo mirum, si tenuissimum pulverem a no-  
stris oculis in elementa redactum, cum vult Deus in homi-  
nem reformari, qui ex tenuissimis feminibus imensa arbuta  
redintegrat? lb. Vide infra ex Ambr. bistor. bistor. dist. 11.

Eodem etiam symbolo ad resurrectionis veritatem aderen-  
dam utitur Joan. Damascen. Considera in fulcis, tanquam in se-  
pulture, femina suffusa, quibus illis radices imponit, & stipitem,  
& folia, & subtilissimos culmos? nonne qui universonum arti-  
fex est, ejus praeepto condita omnia? Sic crede, & mortuo-  
rum resurrectionem fore divina voluntate, & nutu: curren-  
tem enim habet voluntatis virtutem. Lib. 4. cap. 28. O. 16. bistor.

Luculentissimum autem resurrectionis suae symbolum, &  
figuram gessisse Jonam Prophetam Christus edixit, quando  
seipsum cum eodem conferens, sicut ait, Jonas fuit tribus die-  
bus, & tribus noctibus in ventre ceti, ita filius hominis erit  
in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus. Matth. c. 12.

Neque desunt alia, quae luculentissima Dominice resur-  
rectionis symbola a veteribus usurpata, & accommodata, quae  
etiam in generali resurrectione demonstranda locum habent,  
cum potissimum pro ea argumentum a Christi resurrectione,  
quam certo omnes factam credunt, sumi soleat, eoque Paulus  
in epist. ad Corinth. utitur, & utriusque partis  
allegationes pensans eundem librum, quem de resurrectione  
scripsit, suis quoque allegationibus destruens, deliberavit,  
ut flammis creparei debuisset. A quo cum egressus esset Euy-  
tychius, eum agritudine & mors protinus est secuta. Dum ta-  
men adhuc viveret, quicunque ad eum salutationis gratia  
pergebant, ante eorum oculos pellem manum suam tenebat, di-  
cens. Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus. Quod,  
ut ipse fatebatur, omnino prius negare confueverat. Breviar.  
Rom. 12. die Martii Joann. Diacon. in vita Greg. Magn. lib. 1. cap.  
28. 29. 30. Is. Baron. tom. 7. 186. 6.

Synecrus praeter reliqua omnia facundus erat, & Philoso-  
phiam adeo excellenter exercebat, ut admirationi etiam  
Christianis esset, illis videlicet, qui nec amoris, nec odii af-  
fectibus indulgendo de visis judicant. Perstiterunt igitur illi,  
ut salubriter regenerationis particeps fieret, jugumque sacer-  
dotii subiret, cum nondum resurrectionis doctrinam susce-  
pisset, neque alicujus existimationis esse vellet. Neque malis  
comediis dacebantur, quod eas virtutes, quibus vir ille  
praeclarus erat, etiam illa per gratiam Dei sequutura essent,  
quae nihil imperfectum esse patitur: nec frustrati sunt spe  
sua. Quales enim, & quantus fuerit, epistole illius indicant,  
quas elegit, ac facunde post sacerdotium acceptum scrip-  
sit. Nicephorus lib. 14. bistor. Eccles. cap. 55. Evang. lib. 1.  
cap. 15.

Si igitur in Pellicano virtutem agnoscunt Philosophi, ut  
extinctos filios ad vitam revocare possit: cur temere Christo  
Domino ad hanc ipsius corporis resurrectionem propria vir-  
tute denegabitur? Nobis enim sacrae Scripturae testimonio con-  
stat, & gravissimum virorum doctrina receptum est, desig-  
natis, ac certis quibusdam temporibus aequam, accipierem,  
cervum, & serpentem veteribus alis, & pelle dimissis, novas  
induere. Renovabitur (ait Propheta) ut aequilae juvenis tua.  
Quod & asseruit D. Basilius, & D. Aug. Origin. & Hilar. su-  
per Matth. Ambr. sup. Luc. Basil. sup. Psal. Job etiam inquit: ut  
accipiter expandens alas suas ad austrum. Quod idem de ipso  
reserunt D. Greg. & Hieron. super Job. Orig. super Luc. Clem. H.  
Alexandr. Euseb. super Levit. Cervi deinde meminit David:  
Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: memi-  
nereque ex antiquis Partibus, Ruperi, D. Gregor. Bernard.  
Augustinus, Basilius, & Hieron.

Magnus Ambr. in orat. de fide resur. praclare admo-  
dum dixit mysterium resurrectionis Christi, & nostrae deli-  
neari, ac depingi in Grano frumentario arido, quod cum terra  
molli suo gremio recipere, & abcondit, postea mirabili  
virtute in spicam erumpens. & omnibus adpectu gratum  
prodens succitati videtur. Quid dubitas, ait, de corpore  
corpore resurgere; granum scilicet, & granum resurgit, sed flore  
granum induitur, foliis quoque vestitur, & hoc mortale oportet  
induere in immortalitatem.

Memorandum addeat, quod in aliorum fructuum semina-  
tione accidit: Quid, inquit, de fructibus loquar? nonne tibi  
videtur occidere, cum decidunt, resurgere, cum revivunt?  
Quod fatum est, resurgit, quod mortuum est, in eadem ge-  
nere, & in eadem specie reformatur.

Memorandum addeat, quod in aliorum fructuum semina-  
tione accidit: Quid, inquit, de fructibus loquar? nonne tibi  
videtur occidere, cum decidunt, resurgere, cum revivunt?  
Quod fatum est, resurgit, quod mortuum est, in eadem ge-  
nere, & in eadem specie reformatur.

Gggg Quod

Quod ceres symbolum prius tradiderat Job. c. 14. Lignum A habet spem, si praeceptum fuerit, rursus virebit, & rami eius pullulant: si fenuerit in terra radix eius, & in pulvere mortuus fuerit, truncus eius ad odorem aquae germinabit.

Origenes, & d. Greg. quos refert Glossa cap. 11. Num. docent, imaginem resurrectionis fuisse Virgam Aaronis, quae inter reliquias aridas sola mirabiliter floruit: Virga Levi (ait Glossa) ad florem redit, quia corpus Domini veri sacerdotis in montis ariditate positum in florem resurrectionis erupit. Haec autem virga fit amygdalina fuit, ut plerique Hebraeorum tradunt, apta satis est similitudo. Ut enim inter omnes arbores prima omnium amygdalus floret, ita Christus primus fuit, qui inter omnes ad vitam immortalem surrexit, ut propterea merito Paulus primogenitum eum omnium mortuorum vocaverit.

De visione Ezechielis diximus supra. Legatur S. Hieron. Epist. 41. sive Ruff. Aquile ad Laurentium Papam. Epiphanius lib. 2. Tom. 1. Aug. serm. 34. de verb. Apostol.

EXEMPLIS ILLORUM, QUI PRO MORTUIS ORANT, AUT PENITENTIAM AGUNT.

Vide in loco de Oratione. Oratio pro defunctis.

Apostolus hoc Argumento utitur tanquam validissimo, contra eos, qui negant resurrectionem: Ita enim scribit: Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui omnino non resurgunt? ut qui baptizantur pro illis? quem locum communiter exponunt de baptismo penitentiae, & lachrymarum, de quo Christus loquitur Marci 10. Luc. 12. & alibi Scriptura Psalm. 31. Siquidem Iudaei soliti erant suffragia facere pro defunctis: quod frustra habet, si nulla fuisset mortuorum resurrectio. Videat Lector ampliore huius loci explicationem. In loco de Purgatorio.

A VETERI ECCLESIAE PRAXI.

Fuit semper Ecclesiae vetus consuetudo, ut baptizandi recitarent symbolum Apostolorum, in quo articulus exprimitur de resurrectione carnis. Et testatur Epiphanius haeres. 28. fuisse quosdam, qui baptismum differabant usque ad mortem. Qua imminente, eum suscipiebant, ob fidem, & spem aeternitatis, & resurrectionis.

Eam hodie baptizandi, eorumque nomine patrini si infantes fuerint, recitant symbolum Apostolorum, & profiterentur resurrectionem carnis.

RESURGENDORUM STATUS. QUALITAS. DOTES. IN GENERE.

Ac primum. Corporis perfectio. Statura. Loquens Apostolus de Resurrectione, ait Oportet corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc inducere immortalitatem. Atque hinc patet contra Origenem, quod idem numero corpus resurget: quia pro nomen hoc idem individuum corpus designat. Ut B. Hieronymus ad Pamphilius, & Oceanum. Est enim de necessitate resurrectionis, ut idem numero corpus resurgat quod ceciderat, & mortuum fuerat. Quod B. Job expressit verbis clarissimis, & Gregor. lib. 14. cap. 27. non recte inquit resurrectio dici potest, ubi non resurgit.

Quoad autem quantitatem resurgentium, communis est sententia ex loco Apostolici ad Ephes. 4. omnes resurrecturos plena, & perfecta corporis mole: qualem Christus habuit aetate plena, & perfecta 34. annorum, hoc est, iusta, & idonea humani corporis statura: non quasi Christi staturam omnes fidei aquatur; sed quod eam erimus habituri: qualem habuiffemus, si natura vegeta fuisset, & non impedita, in aetate virili, puta annorum 34. Quando igitur puer v.g. resurget, & in magnitudine perfecta constituetur: fiet aliqua additio ad materiam, ex qua prius corpus fuerat compactum, quod contra veritatem resurrectionis non est, resurget enim idem numero quod cecidit, habebitque totam materiam eandem, licet non solam, quam antea habuerat: quia tunc integram, & perfectam est habitura.

Unde iterum sciendum, corpora resurgentium fore perfecta, nulla mutila, aut membro destituta. Eruntque Heterogenea, habentia carnem, ossa, nervos, & ceteras partes apte dispositas, ut per animam rationalem vivificentur, quod est contra Eutychem, & Origenem, qui corpora resurgentium aerea volebant, & rotunda.

Tertio probabile est, eadem numero accidentia resistentium

iri, quae sunt aliquo modo intrinseca naturae, ut sunt facultates sensuum, & similes non autem illa, quae merè extrinseca sunt, & transeunt, nihilque ad perfectionem faciunt: quae eadem numero restitui non est necessarium.

Erunt etiam incorruptibilia, & immortalia, non tamen impassibilia ex natura sua, sed specialiter Dei prerogativa quam consequuntur beati: cum & contra damnati etiam penam sensus sustinebunt.

SEXUS.

De sexu variae aliquando fuerunt opiniones, etiam S. Hieronymi, Hilarii, aliorum, foeminas in suo loco non resurrecturas, excepta una B. Virgine, inquit Scotus, sed in sexu virili, coquod sexus foemineus sit accidens, & imperfectio hominis, sique foemina velut mas occasionatus, iuxta Philosophum. At hic est error manifestus, ut docet Aug. l. 22. de Civit. cap. 17. & seq. Resurget namque idem numero corpus, ergo & in eodem sexu: quia hoc pertinet ad perfectionem resurrectionis, & ad majorem identitatem eius, qui resurgit, & ad statum quasi conaturalem, qui requiritur in resurgente. Siquidem corpus, quod resurget, habebit eandem conditionem individuantem, & quibus non minima est sexus certus, & determinatus. Neque verum est, sexum foemineum esse imperfectiorem, sed est naturalis conditio, quamvis imperfectior quam virilis. Fit enim hic sexus in Paradiso, & statu innocencie, unde nil obstat, ut etiam fit in vita altera. Resurgent igitur foeminae in sexu suo, quasi in naturali conditione, & perfectione sua.

AETAS.

De aetate supra diximus, colligi ex Apostolo, resurrecturos omnes in mensura aetatis plenitudinis Christi, id est, ut videantur referre aetatem 34. annorum, qua statura est hominis aetas, & in qua perfectam homo staturam habet. Suntque plures, qui primos homines à Deo hac statura, & annorum perfectione creatos à Deo contendunt: ut quibus dicitur, Crescite, & multiplicamini, Gen. c. 1. eorum ergo statura, & aetate perfecta, atque ad generandum apta, adeoque virili, ait Junilius.

LOCUS.

De loco, in quo omnes resurgent, verisimile est, illum fore, in quo corpus, aut illius reliquiae reconditae fuerunt, ut colligitur ex verbis Domini Joan. c. 5. Omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filii Dei, & qui audierint vivent. Ubi loquitur de generali resurrectione, & intelligit per eos, qui sunt in monumentis, omnes mortuos, five naturae terrenaes: five non naturaliter sepultos, inquit Janfen. in Comar. c. 36. quamvis determinatus aliquis locus necessarius non sit, cum vox filii Dei, qui in iustis, & in voce Archangeli descendet de caelo, qua mortui excitabuntur, per omnes terrae angulos excipienda sit, eaque omnes resurrecturi, ut clare tradit Apostolus, 1. ad Thess. 4. & 1. Cor. 15. Item Christus Matth. c. 24. & 25.

Huc refer, quae diximus in loco de iudicio universali.

IN SPECIE.

QUOAD CORPORA EORUM, QUI AD BEATITUDINEM, & GLORIAM RESURGENT.

Dicta sunt pleraque de hoc argumento. In loco de Beatitudine. Loquens autem Apostolus de qualitate, five dotibus eorum corporum, quae ad gloriam sunt resuscitanda, comparat H eandem cum claritate Solis, Lunae, & Stellarum, quam aliam & aliam dicit, addens: sic & resurrectio mortuorum, in similitudinem illius, qui cum resurrectione futuram, unum meritum dispartiet. Et quidem quoad dotes corporis gloriosioris, eas quae fore tradit, quae erunt perfectiores illustrioris, quas in hac vita corpora nostra non habent. Suntque impassibilitas, Claritas, Agilitas, Subtilitas. De quibus ita Apostolus, ad Corinthios scribens: Seminatur corpus nostrum, quod producit, & formatum corpus nostrum, nempe dum producit, & formatum in corruptione, id est, corruptibile, & resurget in incorruptione. Et primam dotem impassibilitatem, de qua Iasas, & Apocalypsis, non erunt, neque fient amplius, &c. Hicque de impassibilitate per aliquid intrinsecum corporibus beatorum, quo conservabitur ipsorum temperamentum in eodem statu, & gradu. Eruntque subtilia, sic ut ab intrinseco laedi non poterunt, quomodo si gladio vitreo dividerentur comestradum folis. Addit Apostolus, Seminatur in ignobilitate, id est, corpus erasium, spiritum, opacum: surget in gloria, id est, gloriosum, clarum, lucidum. Sic Christus, fulgebunt iusti sicut Sol, & Daniel, 12. qui docti fuerunt, fulgebunt.

fulgebunt sicut stellae. Et Christi facies in transfiguratione splendebat sicut Sol. Quae sane claritas non modo in superflua futura est, sed intinere omnia membra penetrabit, sic ut omnia futura sint lucida vel in vitro, aut crystalsco videre est. Eritque lux illa luce Solis perfectior, & consistet cum nativo colore singularum partium.

Tertio Apostolus dicit, Seminatur corpus nostrum in infirmitate, puta tardum, lentum, pigrum: surget in virtute, in potentia, id est, potens, celer, agile, & haec tertia dos agilitatis, quae erit vis quaedam collata beatis, per quam possint incredibili celeritate movere corpora sua simpliciter impetus Eritque qualitas impressa animae beatae.

Denique concludit, Seminatur corpus animale, id est, quod vivit vita animali, indigens alimento, sensuum functionibus, quodque pondere suo sit grave, & resistat: surget corpus spirituale, non quod sit futurum aereum, sed quasi caeleste, & Angelicum, ait Tertull. & spiritui ita subditum, dicit Augustinus cap. 6. lib. de fide & symb. ut caelesti habitationi conveniat. Eitque hic significata subtilitas, quae consistit in vi supernaturali penetrandi alia corpora, auferetur enim modus ille istius quantitatis, vel materiae intrinseca, unde provenit repugnantia simul existendi: idque vel permanente, vel quando volunt corpus actu penetrare. Plura videantur apud Theologos in 1. 2. S. Thoma. q. 4. art. 6.

Declaratur Exemplis, Deumetiam in hac vita subinde his dantibus Sanctorum Hominum corpora accessisse, & honorasse. Multa huius argumenti traduntur in loco de RELIQUIIS.

CORPORA CLARITATE FULGIDA.

ELIGITUS Episcopus invento corpore S. Quintini Martyris, incredibili claritate, cum multis illius percussis traditur à Borgia lib. 13. cap. 7. de notis Ecclesiae, ex surio 31. Obob.

SS. JUVENILIS, & maximi martyrum vultus tantum fulgorem post mortem emisisse, ut in eos nemo irretoris oculis invertere poterit, B. Chrylostomi testimonio adferitur. In loco allegato de Reliquiis.

LOVANI, quae prima Brabantiae civitas, ipsa antiquitate veneranda, visuntur omnia cujusdam puella, quam à forma decorae, & comitate morum speciosam, & probe moratam Margaretalem nuncupabant. Hoc enim nomen deferbat: quae ibidem passà an. 1525. historiam ex Caesario annotavit in suis Nat. Sanctorum Belgii, Joannes Molanus, die 2. Septembris, additis nonnullis, quae Caesarius latuerunt, quibus & nos plerique adiciemus. Ita verò se habet, Erant Lovanii conjuges quidam religiosi, & Deum timentes, ac religiosorum & pernegnorum seduli susceptores, puellam verò adultam, & sanguine punctam deum devota, & castitatis proposito eidem erat adstricta. Haec vespere vinum latura, cum egrediretur, petentibus illud quibusdam eodem diverterant, insecuta, & ad stuprum primum sollicita fuit. Cuique constanter illicita perpetrare renuicet, tandem vicomprensa, castitate sibi ad coramam duplicata, transiitque gatture trucidata est, postquam oris illius pilam intrussisset, quae clamorem omnem, & vocem cohibebat. Quo autem scelus laret, cadaver in profluentem Diliam proiciunt, ut secundo fluxu Mechliniam versus elaberetur. At res mira, revertitur innixum Acipenser (id piscis genus est antea huic fluvio ignotum) fluxui renidens, multaque luce fulgidum aquas vicinas illustrabat. Fortè Brabantiae Dux è fastigio arcis, quae Dilix flumini imminet, auram captans, vidit inter tenebras insolitum fulgorem, misfoque è domesticis, qui illustraret, in nocte virginis cadaver incidunt, aquis extrahunt, singula rimantur, & die postero in Principe Ède honorifice tumulatur. Mox facellum illius memoriae extractum, ubi ossa, & feralis pila, & rei scres tabulis expressa cernitur. Ferunt miraculis probatum sanctitatem non semel fuisse: atque hoc nomine Sacellum excitatum an. 1135. mense Octobris, per quemdam Marinum excitatum mercatorem Antwerp, qui illius intercessione, post votum ei nuncupatum, à praesentissimo naufragio fuerat circa Zelandia littora praeservatus.

ET MARI REJECTA.

DATIANUS Tyrannus, cum reliquis Vincentii martyris per nauas in mare proici jussisset; & eo usque in altum mare navigassent, donec littora, & montes oculorum acies fugerent, ubi cas profluent, hilari admodum vultu ad Datianum re- L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

vertebantur, quasi illius nuntii primum relaturi. Sed priusquam in aridam terram redissent, illud ipsam, quod profectum fuerat, Christi manu ad terram appulit, quasi debitu sepulchri honorem postularet. Illi vero stupore, & metu correpti, reliquis ipsis relicti, abierunt. Ex Simone Metaphrasi. Sur. 22. Jan. tom. 1.

AB INCORRUPTIONE Variè Servata.

Pete ex Loco proprio de Reliquiis Sanctorum. Item de Cadavere. Vbi adferuntur cadavera incorrupta.

\* Revelatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

REVELATIO est idem, quod inspiratio quaedam divina reum à nobis distantium, immobili veritate, & certitudine cas denuntians, quae definitio enim convenit prophetiae, quae nihil aliud est, quam divina revelatio earumdem rerum. Graeci, & LXX. Interp. visionem vocant, & verbum. Visionem quidem prophetiam audiam, verbum verò visam, vel ostensam, quamvis visio Graeci operis, vel opus, Hebraei Roe, sic proprie prophetia, quia mens oculo spirituali intuetur objectum propheticum ipsi à Deo representatum, five vigilanti, five in somnis.

Fit autem divina revelatio iis plerumque modis, quibus prophetia, unde Ex loco de Prophecia, & Propheciae amplior hujus cognitio peti poterit. Est autem vox composita à velo, cujus contrariam significationem habet: revelo enim idè est quod detego, aperio, denudo. Hinc quia per illuminationem five imaginariam five intellectualem, utroque enim modo contingere potest incerta, & abscondita aperiantur, & innotescunt, id per revelationem fieri dicitur. Quomodo Christus Petro dicebat post insignem illam confessionem, caro, & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus &c.

De modo revelationis per somnia, Vide in loco de somniis.

De aliis speciebus, & differentiis Revelationum, legatur Locus de Prophecia.

Revelationum varia subiecta, significationes, eventus. Petantur ex loco de Divinatione, sive divina cognitione. Ubi G tam de revelationibus divinis, quam aliis improprie dictis, quae potius ad imposturas, & Ethnicorum anguria, ac omnia pertinent, agitur. Qua in translatione ordinem, & intentionem Theodori Zuingeri observare malimus, quam unumquemque turbare, & invertere: cum quilibet eorum ad proprios Locos, titulo sive transferenda fuissent.

Habes autem in loco de Divinatione varias revelationes. Utrpae Alterius vite, honorum, malorumve.

Beatitudinis. Vide Beatitudo, Gloria caelestis.

Purgatorii poenarum. Vide Purgatorium.

Inferni. Vide Infernus. Tit. poenarum infernalium revelatio. Sanitatis, depulsionis morborum.

Periculi, incommodi evitandi. Foecunditatis, conceptus. Mortis proprie, aliene. Imperii principatus acquirendi. Imperii, regni successione. Urbis condenda. Victoriae bellicae. Auxilii ejusvis contra hostes. Liberationis à variis malis. Belli externi. Cladis bellicae, excidii imperiorum, regionum, &c. Urbium oppugnationis, excidii.

REVELATIO SOMNIORUM.

Vide Somnus. Somnium.

REVELATIONES UBI PLERUMQUE FIERI SOLITAE.

Quamvis Revelationum inspiratio nulli loco alligetur, nec temporis, ut exemplis earum doceri quam optime potest: tamen cas frequenter à Deo fieri juxta flumina, aut aquas, notavit S. Hieron. in cap. 10. Danielis. Ita Ezechiel juxta fluvium Chobar vidit visiones Dei, cap. 1. & 2. Daniel juxta Tigridem Chobar vidit visionem, super, id est, juxta flumina Babyloniae egressi civitatem, super, id est, juxta flumina Babylonis sedebant orantes, & meditantes. Eritiam Joanni Baptistae de Christo facta est revelatio. Joan. 1. vers. 29. Tradunt quoque Hebraei, Spiritum propheticum amare flumina: Et auctores profani finxerunt, Mulas in flum nibus habitare.